Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

KW
381
M 14/1-2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

~~XV [illegible]~~

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

JOANNIS à SOMEREN, JCti
ULTRAJECTINI

TRACTATUS
DE
JURE
NOVERCARUM.

381
M 14

EDITIO ALTERA.

Koninklijke
Bibliotheek
's Hage.



TRAJECTI ad RHENUM,
Ex Officinâ GISBERTI à ZYLL, Bibliop.
CIↃ IↃ C LXVIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Clariſsimo, Conſultiſsimoque

VIRO

D. JOANNI à SOMEREN, J.C.

Senatori Ultrajectino,

S. P.

JOANNES à SOMEREN,

J. C. Filius.

PRimitias ſtudiorum, Reverende Parens, gratulabundus offero; & cui rectius? Nam ab ineunte ætate Iuriſprudentia tibi curæ fuit, & ingraveſcentibus annis Senatoriam Inclytæ hujus Reipublicæ dignita-

tem nactus, inter concives æquâ lance controverſias dirimis: dum ſupremum illud Reviſionis Iudicium, quod omnia apud Noſtrates tranſcendit Tribunalia, non ſine laude ſæpius occupas; dum Illuſtrium Ordinum nomine ſententiam dicis, & arreſta Curiarum aut jubente lege retractas, aut dictante rectâ ratione confirmas, harum quæſtionum tibi amplior ſeges eſt, & conferente experientiam uſu, plenior ac defæcatior cognitio. Parentes liberorum ſtudia & ſtudiosè proſequi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

qui, & fructus eorum cum gaudio excipere natura dictat; unde nec tibi diſpliceat, ſi præſtitam hactenus mihi gratiam hâc literariâ mercede & opuſculo non ingratus rependam.

Dabam Trajecti ad Rhenum
18. Septembris 1658.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

LECTORI S.

NOvercarum jura tractaturus illud ſemper perſuaſum habui, quod ſi quid mihi doctrina, judicium & ſtylus denegant, illud materiæ elegantia, uſus, neceſſitas ſuppeditarent, aliorum labores utilitate compenſando. Liberorum cauſam adverſus rapaces Novercarum ungues defendimus, ne quid detrimenti capiat res pupillorum; & ex converſo Novercæ tribuenda ſcripſimus, quæ honeſtas, reverentia, & recta Juris Juſtitiæque ratio ſuadent. Pœnas quas longiſſimè in ſecundum thorum Vulgus extendit, favores libe-

rorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

rorum & Imperiale beneficium eſſe demonſtravimus; iis enim exiſtentibus leges vigorem extendunt, quibus ſublatis altum de coërcitione ſilentium eſt. Improlis vidua impunè matrimonium reiterat; ubi vero liberorum præjudicium verſatur, fidei & amoris præteriti conjugalis periculoſa diſcuſſio eſt. Pleræque hinc Conſtitutiones conſervandæ in familiâ hæreditati inſerviunt. Mores Novercarum JCtorum effata rarius probant, Oratorum floſculi ubique vellicant, Hiſtorici lacerant, Declamationibus ſæpius exagitantur, luctuoſam triſtemque formam iis ſuperinduunt Poëtarum epitheta; infelicem privignorum conditionem miſerentur, ſi quid malè iidem egerint, quantum fieri poteſt, excuſant, & plus æquo defendunt.

Rectior mihi Ovidii exclamatio arridet *de Art. Amand. lib.* 3.

Parcite paucarum diffundere crimen in omnes,
Spectetur meritis quæque Noverca ſuis.

Quæ autem circa hanc materiam hactenus tradidere Scriptores, moribus noſtris haud adeo convenientia judicaveris, cum alia de jure Romano ex uſu dotium ſit ratio, & alia conjugalis ſocietas nobis minus adæquata; quæ fundamenta in decidendis quæſtionibus ab aliis ſæpe diſſentiendum dictitant, & præſertim ab iis, quorum Jus Patrium Juri Romano magis inhæret. Hæc vero dum quotidiana ſunt, plenius attingenda ſuadet Juriſconſultus *l.* 25. *π de liberat. legat.* Mirantur doctiores cur Illuſtrium Conſtitutionum *Leg^s. hâc edi-*

ctali

Ctali. & *Leg^s. Fœminæ.* materiam in ipſis Juriſprudentiæ elementis delibari Imperator non juſſerit: & quidem rectè, niſi forſan difficilior cauſæ intellectus Tribonianum excuſet. Multas equidem controverſias intertexuimus, quæ non ſolùm Novercas, vitricos, privignosque ſpectant, verum primis etiam nuptiis applicari poſſunt; ſed me ratio movit, quod pleraque ea rarius uſui veniant, niſi in Societate Novercali dirimendâ, ſeu ſecundæ ſeu tertiæ nuptiæ interceſſerint, quæ quo ulterius procedunt, eo majores ſecum trahunt diſcordias. Cœterum ſi quid melius rectiuſque hiſce audiverim, Juriſconſulti Pomponii memor ero, quem poſt ſeptuageſimum & octavum ætatis annum non puduit addiſcere, *l. 20. π̃ de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Fideicom. libertat. Et ſublime juris decus Æmilius Papinianus eò nos vocat, ne præfractè & pertinaciter, quod ſcripſimus, defendamus; nam & hic mutare ſententiam, *l.* 22. §. 3. *C. de Furt.* eamque vel ſolius Sabini authoritate corrigere non erubuit, *l.* 6. *in fin.* ff *de Serv. exportand.* Dummodo nobis Pauli ad Alfenum proſit commentatio, non calumniari ſcilicet, neque verba captare, ſed quâ mente quid dicatur, animadvertere oportere, *l.* 19. ff *ad Exhibend.* Unde nec Celſus ipſe quandoque dubitavit ſubſiſtere, ne ſententiæ nimis fervidè latæ pœniteret, *l.* 32. ff *de Reb. Credit.* Facilè quidem inter Juriſprudentiæ Cultores diſſenſio oritur; & vel ſolius vaſculi ex alieno ære confecti acquiſitio Sabinum cum Proculo

culo commiſit, diverſamque ab his Calliſtrati, Caji, Ulpiani ſententiam laudat Imperator, §. 25. *Inſt. de Rer. Diviſ.* Quod ſi ab Aſſeſſore ſuo, aut Papiniano nonnunquam Paulus diſſentiat, *l. 97. ff de Acq. hæredit.* leviter hodiè ferendum eſt, ſi quis alios, licet doctiores, non in omnibus ſequatur. Quod ſi cui me carpere allubeſcat, idem arreſta Curiarum & Parlamentorum, eorumque Scriptores culpet neceſſe eſt, quos authores mihi habeo; homini alioquin verè ingenuo non ingratum eſt, ſi ex aliorum ſuggeſtu de errore ſuo triumphaverit. Citius huic operi manus admovi, lineamenta addidi, perfeci, quo facilius perpolire in poſterum & enucleare commodius queam. Multa deſunt princi-

piis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

piis, quæ rerum magiſter uſus tandem ſuggerit. Majore utilitate moveri & diſcuti credidi, quæ Patrios ritus, legeſque illuſtriores reddunt, quam quæ nudis cogitationibus, & cerebroſo conceptu animos hominum delectant magis, quam promovent. Ubi cauſæ conſtitutio patitur, penitiora Juris Romani fundamenta nonnunquam ad majorem quæſtionum dilucidationem adjunxi, priſca novis admiſcui, eorumque vel conſonantiam, vel diverſitatem ex collatione elicui. Graviſſimis quidem viris jamdudum Curia ſuperbit, diſertiſſimos quoſque Roſtra crepant, quibus plurimum & præſens & poſtera debebit ætas; hi Patrii Juris ſcientiſſimi vel leviſſimo calamo gravia facillimè & doctiora procuderent:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

me quod attinet, docendi ſimul & diſcendi gratiâ in hanc materiam incidi; quotidiana tractavi, ne Quintus Mutius mihi imputet, quod Servio quondam exprobravit, *l. 2. §. 43. π de Orig. Jur.* Interjectæ ſunt plures Curiæ Ultrajectinæ Deciſiones, recentius latæ, queis major rei antea tractatæ robur & firmitas accedat. Continuatæ ſeu prorogatæ ſocietatis materia latius intermixta eſt; hæreditatum redemptiones ſeu tranſactiones ſuper iis interponi ſolitæ explicantur fuſius. Jus Maſſariæ vel viduale & quod ſuperſtiti Conjugum competit, tractatum ampliat. Quæ poſtea illuſtres hujus Provinciæ Ordines Anno 1659. Conſtituerunt, ad uſum revocando Legm. *hâc Edictali* & Legm. *Fœminæ C. de Sec. Nupt.* eadem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

dem confirmarunt, quæ Anno 1658. primâ editione à me fuerunt tradita; Niſi quod immutatâ Conſuetudine Leg^m *hâc edictali* in univerſali ſeu ſtatutariâ Communione ex reſcripto admiſerint. Quatenus quid inde immutatur, paucis verbis adjectum eſt. Penſitatâ circa controverſias æquitate, quid apud nos obtinere poſſit judicamus, ita tamen ut legi ſua conſtet authoritas; Pateſcit quidem ſatis aucta moribus poteſtas maritalis, Societatis conjugalis communionem diſcimus, ſublata dotium jura animadvertimus, & enervatos Patriæ poteſtatis effectus agnoſcimus: dum libertatem colimus, peculium, vindictam, manumiſſiones miſſa fecimus; Jus noſtrum in Lege Romanâ continetur, niſi in quantum uſus receſſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

receſſerit, adeo ut qui unum cum altero confert, is demum veræ Juriſprudentiæ inſiſtat; Hoc denique unum te, benevole lector, rogatum volo, ne interpoſiturus judicium adverſus authorem ejuſque de jure Novercarum ſcripta, animo utaris Novercali. *Vale.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

AD

Præſtantiſſimum Conſultiſſimumque
VIRUM

D. JOANNEM à SOMEREN,

J. U. D. & in Supremâ Ultrajectinorum Curiâ, cauſarum patronum diſertiſſimum,

Cum Doctiſſimum

DE

JURE NOVERCARUM

Tractatum ederet.

QUam benè te noſtris devincis Jane Camænis,
Dum Themidis doctâ pulpitâ voce feris,
Sacraque priſcorum ſcribens reſponſa Quiritum
Extollis, ſtudio nobiliore, caput.
Edis opus, qui mentis opes effundere promptis
Ingenii venis, non ſine laude ſoles:
Et pariter Romanus ades, pariterque Batavus,
Promis ab omniſcio jura repoſta ſinu.
Ut, quæ diſpliceant, videat non juſta Noverca,
Et ſibi, quæ placeant, juſta Noverca petat.
Moribus ætatem ſuperans, virtutibus annos,
Es Trajectinæ ſpes ſatis ampla Togæ:

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Non tibi ſufficiunt magni veſtigia Patris,
Curia quem felix, quemque Tribunal habet:
Sidere ſed proprio magis excutis, Ipſe, favillas,
Surgis & in laudes, ſic Generoſe, tuas.
Quæ latuere prius noſtros convertis in uſus,
Atque brevi, ſolers, cortice cuncta doces.
Conjugibus pariter Phœbi, Themidoſq; Sacerdos
Proſpexit, Patrii fama, decuſque fori:
Sic ſua perpetuis inſcripſit nomina faſtis,
Lumine promittens uberiore diem. (cis,
Tu quoque. Sed miror te tam benè velle Nover-
Dum tibi pro matre eſt Pallas, & ipſa Themis.

J. Strick, J.C.

EPIGRAMMA
Ad eundem.

Colligis in mores Batavos arreſta, Someri,
Antiquos ritus, & nova jura doces.

J. Strick J.C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Clariſſimo Conſultiſſimoque

VIRO

IOANNI à SOMEREN,

Cum eleganti ſtylo illuſtratam

DE

JURE NOVERCARUM

Materiam vulgaret.

FAx terris inopina micas; Titanque, SOMERI,
Exoriens Themidos ſplendidioris ades.
Belgarum ſi priſca ſolum ſit Græcia, credam
Hic dare te Locris juſſa, Zaleuce, tuis;
Aut ſua Spartanis redivivũ edicta Lycurgum,
Aut ſua Cecropiis fortè Solona loqui.
Fas tamen antiquam, dixi, ſiluiſſe ſenectam:
Græcia Trajecto ſit minor ipſa meo.
Canos illa ſenes, viridè mea Patria monſtrat;
Penè putes illinc quem rediiſſe ſenem.
Belgis Roma redit: melius ſic dixero; dum qui
Jura ſoles juvenis dicere, Nerva redis.
Stas fulcrum, clypeuſq; tui, ſpeſq; una clientis,
Grandia pro roſtris cum gravis ore tonas.
Jamq; Novercarum domiturus legifer auſus,
Alterius ſoboli non ſinis eſſe graves.

Fœmi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Fœmineum patet omne nefas: hîc Iulia mater
Horreat inceſtus, fœdaque Phædra ſuos.
Conjugium ſine fraude probas: damnantur amores
Illiciti: & ſontes debita pœna premit.
Pacta thori ratione regis; meliuſque ſecundi,
Vindice te, thalami jura renata vigent.
Vile nihil mens magna ſapit. Vulgaria doctè
Negligis, & quæ non antè notata, notas.
Barbarieſque rudis, farragoque cœca loquelæ
Hic ſilet, & vocum ſuavior ordo ſonat;
Non laus una ſatis; miratur pondera rerum
Lector, & eloquii flumina vimque tui.
Dumque favent, gaudentque novis ſubſcribere chartis
Patria, privignus, Curia, roſtra, Themis;
Fallor? an exiguo complecti maxima libro
Qui poteras, majus concipis, Auctor, opus?

L. VANDE POLL. J. C.

ELEN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ELENCHUS CAPITUM.

Caput I.

De Societate Novercali.

Caput II.

De Communione Æris alieni.

Caput. III.

De Societate Novercali per pacta dotalia circumſcriptâ.

Caput IV.

De Adminiſtratione Mariti, & quomodo ex eâ Noverca obligetur.

Caput V.

De Tutelis.

Caput VI.

De Continuatâ cum Liberis Societate.

Caput VII.

De Finitâ Societate, & de Jure Maſſariæ.

Caput VIII.

De Domo Mortuariâ, ejuſque debitis.

Caput IX.

De Teſtamentariâ ſucceſſione.

Caput X.

De Succeſſionibus ab inteſtato.

Caput XI.

De Familiæ erciſcundæ judicio.

Caput XII.

De Communi Conjugali dividundo.

Caput XIII.

*Ad Leg*m. *Fœminæ* 3. C. *de Sec. Nupt.*

Caput XIV.

De Collationibus.

Caput XV.

De Judiciis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

TRACTATUS
DE
JURE NOVERCARUM.
CAPUT I.
De Societate Novercali.

I. *An* l. hâc edictali. C. de ſec. nupt. *in ſtatutariâ conjugum ſocietate locum habeat.*

II. *An actio perſonalis ex ſtatuto oriunda adverſus conjugem, ut bona ubicunque ſita communicentur, extendi poſſit ultra* l. hâc edictali.

III. *Si maritus ex ſucceſſione liberorum prioris thori quid conſequatur, an novercæ commune ſit, & de* l. fœminæ C. de Sec. Nupt.

IV. *Legatum, ſi in viduitate permanſerit, an in ſecundi thori ſocietatem veniat.*

V. *An donatio Mevio facta, ut, ſi ſine liberis decederet, ad donatorem reverteretur, iis exiſtentibus, conjugi, quæ ex priore matrimonio liberos habet, communicetur, ita ut Mevii privigni participes ejuſdem fiant.*

VI. *Quid de re immobili emptâ in priore thoro, cujus in poſteriore ſit ceſſio ſeu tranſportus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

VII. *Quid de lite tempore primi matrimonii motâ, ſed in ſecundo demum deciſâ, & de præſcriptione eodem modo inceptâ, ſed poſtea adimpletâ.*

L² 66-122

I. MOribus abrogato dotium jure, ab utrâque parte in matrimonii ſubſidium conjuges futuri bona conferunt, quæ vi tacitæ ſocietatis per ſtatutum introductæ communioni æqualiter cedunt, nullâ inter primа, aut ulteriora repetiti matrimonii vota diſtinctione adhibitâ. Stat. Ultraj. *Rubr.* 22. *art.* 1. ita ut conjugalem binuborum ſocietatem ad filialem portionem per Imperatoriam legis. *hâc edictali.* conſtitutionem reſtringere non liceat, cum nihil in eo ſtatutum diſpoſuerit. Durius quidem eſt, ſi ea, quæ nec teruncium antea habuit, interveniente matrimonio dimidias vidui patris facultates, licet eas amplas poſſederit, abſorbeat, omni ſpe tantæ hæreditariæ portionis liberis præcisâ; verum dum ex municipali jure deſcendit hæc prætenſa durities, culpari amplius non poteſt, quoniam à lege introducta defenditur. Quod ſi intentionem & ſcopum prohibitionis probè conſideres, eò præcipuè vim ipſius dirigi obſervaveris, ut ſolum munificentiam hominum & novercalia blandimenta moderetur, non vero legale lucrum excludat: nec ea, quæ vi ſtatuti, ſed quæ facto hominis, pactis, teſtamentis aliiſque donationum ſpeciebus ad alios tran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

tranſeunt, reſpicit; quod autem per ſocietatem conjugalem conſequimur, ex lege, non vero hominis facto nobis accedit. Nec quicquam ſtringit objectio, quod conjuges, quibus liberum fuit à ſtatuto per pacta dotalia recedere, ei ſeſe conformando tacitè paciſci videantur, ita ut non tam ſtatutum cauſa ſit hujus communionis introducendæ, quam tacitum potius inter conjuges pactum; abſurdum enim eſt diſpoſitionem hominis vocitare, ſi quid conformando ſeſe legi in negotiis evenire ſenſerit: & ſane conſuetudo totumq; jus noſtrum, tacitum populi ſub eo viventis pactum eſt, qui ei conſentit. §. 1. *Inſt. de jur. natur. gent. & civ. l. 9. π̃ de Iuſt. & jur.* Eidemque convenit quod pactum expreſſum de lucrandâ dote, etiam contra *l. hâc edictali.* autoritate ſtatuti valet. Moller. *lib. 2. ſemeſtr. c. 41. n. 4.* Quoties communio lege introducitur, toties à jure Romano diſcedimus, quale beneficium conjugibus hic directò conceſſum, indirectè per d. legis diſpoſitionem everteretur. Verum quidem eſt ſtatuta à jure civili interpretationem recipere, nec ab eo receſſiſſe præſumi, niſi contrarium diſpoſuerint. Veruntamen cum diu illa bonorum communio, antequam *lex hâc edictali* ad praxin noſtram deduceretur, obtinuerit, ſtatuti Compilatores ad Imperatoriam legem reſpexiſſe non potuerunt; ſicuti etiam ſecundas nuptias à primis, aut ulterioribus ratione

ſocietatis non diſtinguunt, ita ut ſtatutum noſtrum non tam à jure civili hic recedat, quam quidem illud potius non receperit. Poſt conditum enim ſtatutum noſtrum intra totius ferè ſæculi ſpatium nunquam hujus Provinciæ Tribunalia ullam ſocietatis reſtrictionem ex hoc capite agnoverunt, licet abſque dubio ſæpiſſimè per tantum temporis evenerit hic caſus: Unde patet eam Legiſlatoris fuiſſe intentionem, ne reſtrictio ulla admittatur, quam alioquin à tempore ſtatuti conditi admiſiſſet, ita ut tacitus populi conſenſus & uſus, accedente temporis diuturnitate, hujus legis vim & efficaciam ab hiſce removerint. Aliud igitur in ſtatuto noſtro fundamentum eſt, quod ſcilicet in prioritate temporis conſiſtit, quam illud, quod à D. D. ventilari ſolet, ſcilicet quod ſtatutum ſecundum legem *hâc edictali* interpretationem recipiat, niſi expreſsâ diſpoſitione & ad literam dictam Conſtitutionem abroget, intelligendumque, ſi liberi ex priori matrimonio non ſuperſint, uti poſt plurimos docet Franciſc. Balthaſar *pract.reſol.part.* 1.*tit.* 1.*reſol.* 3. *num.* 42. Wameſ.*cent.*5.*conſ.civ.*51.*num.*7. Maſtrill. *deciſ.* 175. *num.*31. *& ſeqq.* Quamvis rectior ſit aliorum opinio, qui expreſſa ſtatuentium verba ad abrogandam legem *hâc edictali* non requirunt, ſed ſufficere exiſtimant, ſi tacitè ex iis colligi, aut ex circumſtantiis demonſtrari

poſſit,

poſſit, quid ſtatuti Conditores ſenſerint: quia & illud pro expreſſo haberi ſolet, quod ex mente Legiſlatoris colligitur, ut eleganter in ſimili diſputat Mevius *ad jus Lubec. part. 2. tit. 2. art. 28. num. 86. & ſeqq.* Scheplitz. *ad Conſ. Brandeb. part. 3. tit. 2. §. 19. num. 6.* Et nulla ſanè ratio eſt, cur in legis *hâc edictali* derogatione expreſſam de eâ mentionem requiramus, quam tamen in aliarum legum, aut reſtrictione aut abrogatione non deſideramus; cum enim juris illa ſit merè civilis & poſitivi, non neceſſarii aut naturalis; facilè etiam, ut reliquæ leges, ſtatuto tollitur: eaque ſententia noſtram quoque ſocietatem confirmat, ita ut ex utroque fundamento, tam ex prioritate temporis, quam ex ſtatuti interpretatione, conſuetudine & uſu hactenus vallatâ, pateat conjugalem binuborum ſocietatem Romanâ lege nec mutari, nec diminui. Ant. Matthæus *de crimin. lib. 48. tit. 3. c. ult. num.* 24. Groenew. *de leg. abrog. ad d. l. hâc edictali poſt Peck. Grot. Neoſtad. Coren. allegat.* atque ita in reviſione judicatum fuit 25. *Iunii.* 1646. *in cauſa vande Erfgenamen van Claes Elbertſz contra d'Erfgenamen van Barent Evertſz.* Idemque noviſſimo Supremæ noſtræ Curiæ arreſto confirmatum 2. *Aprilis* 1653. *in cauſa viduæ liberorumque Danielis Hoorens.* Uti & expreſſo apud Daventrienſes ſtatuto hoc deciſum extat. *Gewoonten tot Deventer part. 3. tit. 2.*

 art. 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

*art.*7.Gallis etiam ante annum 1560.agnita non fuit leg^{is}. *hâc edictali* conſtitutio. Renat. Choppin. *ad Leg. Andeg. lib.*3. *c.* 1. *tit.* 1. *nu.* 8. Quo demum tempore, ſuaſore Michaële Hoſpitalio, uſu & edicto Regio ibidem confirmata eſt. Scip. Gentil. *de Sec. Nupt. cap.* 16. Ant. Matthæus *d. loc.* Nulla quoque in foro Saxonico ejuſdem obſervatio, ſed abrogata in Tribunalibus omnino ſilet, latiſſimè Virgil. Pingizer. *quæſt. illuſt. Sax.* 46. Carpzov. *part.*3. *conſt.*23. *def.*17. Nec ſervant eam Mutina, Ticinum, Florentia, & pleræque Italiæ Civitates proſcripſerunt, quibus tamen magis, quam nobis jus Romanum familare eſt; enumerant eaſdem Montanus *de tutel. cap.* 15. *num.* 118. *&* 119. & Coſta *de ration. rat. quæſt.* 85. *num.* 4. Unde etiam ipſorum interpretes ſtatuta ſuæ gentis in dubio *l. hâc edictali.* derogatoria exiſtimant, ne impeditiva matrimonii cenſeantur, utque parens ſuperſtes liberis forſan liberaliter dotatus à ſecundis nuptiis cum libidine & illicito amore non arceatur, & ne non niſi cum eâ, quæ multo aut inferioris conditionis, aut vilioris proſapiæ fuerit, propter ademptam hanc gratificandi ex ſtatuto licentiam & onus liberorum poſſit connubio jungi, licet pleraque bona & facultates ab ipſo proceſſerint, & in matrimonium primum fuerint collata.

II. Quamvis autem ſtatutum Ultrajectinum bona omnia ſub ſuo ſita territorio communicet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

municet, extra illud tamen extendi ad alia non poteſt, ut rem afficiat, ſed perſonalis ex ſtatuto oriunda actio adverſus conjugem conceditur, quâ bona in aliis locis, ubi ſimilis conſuetudo non extat, ſita in commune conferre aſtringitur. Si quis, inquit Paulus in *l.74.π̄ pro ſoc.* ſocietatem contraxerit, & rem emerit, quæ ipſius ſit, non communis, ſocietatis tamen judicio eam communicare tenebitur; idq; de omnium bonorum ſocietate exaudiri debet, uti ad eundem textum notat Antonius Mornacius. Cum in particulari contrarium obtineat. *l. ſi patruus* 4. *C. Comm. utriuſq. judic.* Ita ut alter alterius bona ex naturâ ſtatutariæ ſocietatis ubicunq; pro dimidio contingat, quod doctiſſime enucleat Clariſſimus hujus Curiæ Senator Chriſtianus Rodenburch *de jur. quod orit. ex ſtatut. diverſ. tit.*2.*c.*5.*n.*14. Veruntamen cum *l. hâc edictali.* non tam in perſonam, quam in rem ſcripta ſit, & non tam conjuges contrahentes, quam bonorum potius & familiæ conſervationem reſpiciat; præſuppoſita perſonalis actio non in totum, ſed ſecundum moderamen *legis hâc edictali.* communionem bonorum extraneorum operaretur, veluti ſi cum Friſio binubo Batava contraxerit, eo enim caſu ad modum dictæ conſtitutionis bona in agro Friſico ſita tantum communicarentur; eaq; videtur etiam ſententia Joan. Wameſii *cent.*5.*conſ. civ.*96.*n.*2.*in fin.* ubi ex ratione leg^is *hâc edictali.*

infert eorum bonorum, quorum alienatio aliqua conjugibus adempta eſt, nullam ex ſtatuto oriri communionem, quoniam ea ſub alienatione comprehenditur *l. qui neque* 8. §. 2. *π. de reb. eor. qui ſub. tut.* Statutum quidem Ultrajectinum Imperatorio hoc reſcripto non coärctatur, ſi ſimpliciter matrimonium contractum fuerit, verum ad bona in alterius territorio poſita vim ſuam non porrigit, quia non permiſſiva eſt dictæ legis conſtitutio, ſed prohibitionis modo concepta recipitur: contra prohibitoriam autem legem unius territorii, ratione bonorum, alterius territorii judex nihil ſtatuet, cum eo caſu impunè ipſi non pareatur, *l. ult. π. de juriſd.* Actio perſonalis ex ſtatuto perſonam tantum afficit, unde ulterius vires ſuas non exerit, quam quouſque ſeſe perſona contrahens paciſcendo obligare potuiſſet, qualis poteſtas ad ſtatuta realia prohibitiva non ſpectat; cum autem per pacta dotalia inde recedere conjugibus non ſit integrum, ſequitur, nec idem ſtatui poſſe per conjuges ſeſe alterius territorii legibus & conſuetudini ſubjiciendo: quod enim per pacta dotalia conjuges introducere non poſſunt, illud etiam per alterius territorii judicem circa bona & patrimonium eorum conſtitui non poteſt. Nec ſanè à Conſuetudinariâ inter Friſios ac quæſtuum communione liceret recedere, & univerſalem omnium bonorum eandem paciſci, ſi prohi-

prohibitorio modo foret concepta: verum quia permiſſiva ea tantum conſuetudo eſt, idcirco per pacta ab eâdem recedimus,& exinde eò uſque actio perſonalis ex tacito pacto per ſtatutum oritur, quatenus expreſſa pacta dotalia extendere ſeſe potuiſſent, quæ cum *legi hâc edictali* apud Friſios ſubjecta forent, etiam actio perſonalis ſtatutaria & tacitum pactum ei ſubjicitur. Verum aliam hæc apud nos jam recepere interpretationem ex noviſſimo Ordinum Edicto, quo Legis *hâc edictali* Conſtitutio etiam in ſtatutariâ communione confirmatur.

III. Nec tantum ea communicat conjugalis hæc ſocietas, quæ tempore contracti matrimonii exiſtunt, ſed etiam, ſi quid poſtea ex operis, ſucceſſione, aut aliunde obvenerit, communioni cedit, nullâ bonorum diſtinctione habitâ, ſive ex liberorum prioris matrimonii hæreditate procedant, ſive per aliorum mortem ad conjuges devolvantur; quod enim jure civili cautum eſt, ne proprietatis, ſed uſusfructus jure ſolummodo poſſideat parens binubus, quæ ex liberorum ſucceſſione obtinuit, *l. fœminæ 3. & auth. ſeqq. C. de Sec. Nupt.* illud ad mores noſtros non attinet, dictamque leg. *fœminæ.* Statuto municipali protritam abrogatamque crediderim, dum parentes ad liberorum ſucceſſionem indiſtinctè & ſimpliciter excluſis fratribus vocat. *Rubr.* 23, *art.* 26. Cum enim ſimpliciter loquens

ſtatutum ſimplicem ſine abſurditate intellectum mereatur, noſtrum etiam non eſt inter monogamos & polygamos parentes diſtinctionem fabricare, dum ſine diſtinctione ſtatuti diſpoſitio parentes vocet, nullà inter uſumfructum & proprietatem ſeparatione propoſitâ. Ant. Matthæus *de crimin. lib.* 48. *tit.* 3. *c. ult. n.* 24. eamque ſtatuti interpretationem in multis Germaniæ civitatibus uſu receptam eſſe, multisq; præjudiciis, contradictorio judicio confirmatis, obtentum, ne ullam ex *l. Fœminæ.* hujuſmodi ſtatutum reſtrictionem patiatur, refert Gaill. *lib.* 2. *obſ.* 98. *num.* 7. Ea enim quæ ex ſtatuto, vel conſuetudine lucramur, contraria juris Romani providentia non tollit, ita ut, licet univerſitas hæreditatis reſtituenda foret, tamen quod ex ſtatuto, aut legali diſpoſitione ſic capimus, reſervandum eſſet. Didac. à Segura. *de lucr. marit. & uxor. num.* 87. Et leg^m. *fœminæ* moribus hujus Diœceſios nunquam antea receptam fuiſſe, teſtatur *d. loc.* Ant. Matthæus. Idemque de Belgio Deckher. *l.* 2. *diſſ.* 4. *n.* 13. De Luſitaniâ Valaſc. *tom.* 1. *conſult.* 16. *num.* 9. De Foro Saxonico Matth. Berlich. *part.* 3. *concl.* 29. *n.* 26. Joach. Scheplitz. *ad Conſ. Brandeb. d.* §. 19. *n.* 7. Weſembec. *in not. ad* Schneidew. *ad Inſtitut. de ſucceſſion. ab inteſtat. de ſecund. ſucced. ordin. nu.* 32. Eodemque fere argumento in reviſione judicatum fuit 25. *Junij* 1646. in lite numero præ-

cedenti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

cedenti relatâ; deciſumque quod bona ex ſucceſſione liberorum prioris matrimonii ad patrem in ſecundo matrimonio devoluta, novercæ etiam quoad proprietatem ſint communicanda. Ita ut eadem pœnè argumenta huic quæſtioni inſerviant, quæ de *leg. hâc edictali* prolata ſunt, niſi quod ſtatuti conditores clarius aliquo modo ſuam ſententiam in hoc dubio patefecerint; cum enim in *art.* 26. *Rubr.* 23. *Statut. Ultraject.* de parentum ſucceſſione diſponunt, verbo (erven) utuntur, quod proprietatem, non uſumfructum ſecundum noſtrum idioma denotat, & expreſsè in principio d. articuli loquuntur de diverſi thori liberis, & ſucceſſione uterinorum & conſanguineorum fratrum; unde patet eos tam de primis, quam ſecundis nuptiis cogitaſſe; & nihilominus tamen indiſtinctè parentes ad ſucceſſionem vocant, ita ut, ſi non expreſsè, ſaltem implicitè *leg. Fœminæ.* obſervari noluerint. Cujus tamen legis diſpoſitio itidem in hâc Diœceſi nuperrime 14. April 1659. introducta eſt.

IV. Legatum uxori relictum ſub conditione, ſi in viduitate permanſerit, exiſtentibus liberis, & ipsâ ad ſecunda vota tranſeunte, ex *l. fœminæ.* quoad proprietatem iis reſervandum, cæterum quoad fructus eſſe liberum reſpondit Groeneweg. *ad l.* 1. *C. de indict. viduit. num.* 7. Rejectâ ſcilicet viduitatis conditione tanquam Reipu-
blicæ

blicæ inutili, & honeſtati bonisque moribus contrariâ. Mihi vero rectius videtur, quod nulla, neque quoad proprietatem, neque quoad fructuum perceptionem, ſpretâ viduitatis conditione, legati fiat acquiſitio, aut inter conjuges illius communicatio: nec enim hæc conditio nuptias impedit, aut tollit; aliud eſt per ſecundas nuptias quid amittere, aliud ſpretâ viduitate non amplius lucrari; non pœna eſt illa bonorum, aut legati amiſſio, ſed emolumenti potius renunciatio, quo ſervata conditio cohoneſtanda foret; non de damno vitando hic agitur, ſed de interceptâ lucri captatione; non prohibitiva hæc nuptiarum conditio eſt, ſed largitionis & beneficii maritalis reſolutio Ant. Pichardus *ad* §. 16. *Inſt. de legat. nu.* 52. Electionem habet legataria, an nuptias velit lucro præponere, & perceptioni in poſterum renunciare, an vero adimpletâ defuncti voluntate, quod præſtitutum eſt, capere, ita ut nulla hujuſmodi legati communio, neque ratione fructuum, neque proprietatis inter conjuges contrahatur: unde neceſſe non eſt, ut *ad l. fœminæ* recurramus, omni enim onere deducto hoc legatum liberis aut mariti hæredibus reſtituendum eſt, ſimulac conditio defecerit, atque ita in purpuris pronuntiatum refert Ann. Robert. *lib.* 2. *rer. judicat. c.* 7. Gomeſ. *ad l. Tauri.* 14. *num.* 8. Barry *de ſucceſſ. lib.* 17. *tit.* 15. *nu.* 6. Freder. Solis *de lucr. dot. quæſt.* 69. Cæterum

rum

rum aliorum de hac non nubendi conditione diſtinctiones, an ſcilicet à marito tantum, non vero ab extraneo validè legato adjici poſſit, eique an vidua parere teneatur, virgini autem per leges eadem ſit remiſſa, *l. quoties* 22. *l. cum tale* 72. *π. de condit. & demonſt.* non examino; nec cautelam inter ſimplicem nuptiarum prohibitionem, & certi temporis, *donec nupſerit*, determinationem, huic quæſtioni accommodandam cenſeo; ſufficit nobis eam conditionem à marito viduæ impoſitam à legato non rejici. Thom. Sanches *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 34. *quæſt.* 2. *num.* 29. *poſt Mantic. Guitier. Gratian. alioſq.* Ferdinand. Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 10. judicatum refert Mornacius *in Schol. poſthum. ad tit. C. de indict. viduit.* Nam quod Groenewegius dicto loco innuit, ſcilicet *Auth. cui relictum. C. de indict. viduit.* & *Novell.* 22. *c.* 43. & 44. unde ſuperior opinio firmitatem depoſcit, abrogatas eſſe, ex eâ causâ, quod rationes ab Imperatore Juſtiniano relatæ nobis Chriſtianis minus conveniant, planè diſplicet: licet enim non ſatis allatis rationibus fulta ſit conſtitutio, quod in pluribus legibus culpari poſſet, intentio tamen & effectus legis honeſtati viduali non adeo contrariatur, ut conditionem hanc tanquam turpem à legatis rejiciamus; & ſanè laude digna eſt, quæ prioris thori conſortia defunctique mariti amores perpetuâ viduitate com-

compenſat, & fortitudinem ſuam animi conſtantiâ exprimit; permiſſa quidem eſt in ſacris literis iterandi matrimonii licentia, ſed quantum viduitati tribuatur, etiam ibidem cognoſcitur, ita ut nullo modo dici poſſit turpis hæc conditio.

V. Succedit jam alia circa ſocietatem dubitatio, quæ non tam ex naturâ rerum communicandarum deſumitur, quam quidem ex modo acquiſitionis, & intentione donatoris ſolutionem capit; Quid enim ſi donatione purè Mevio factâ, in eum tamen caſum, ut ſi ſine liberis decederet, ad donatorem ejuſve hæredes poſt mortem ipſius reverteretur donatio, num ipſo cum viduâ, cui liberi ſuperſunt, contrahente, & ſuſcitante ſobolem, res donatæ communioni cedant, an vero ſola ipſius proles privignis excluſis, nec admiſſâ communione, præcipuas eas capiat, reliquum patrimonium diviſura familiæ erciſcundæ judicio. Cujus quidem quæſtionis cardo in eo mihi verti creditur, an ex mente & proviſione donatoris jus aliquod liberis Mevii propriis quæſitum ſit, tanquam jure tacitæ ſubſtitutionis; an vero hac adjectione purificatâ nihil juris in rebus donatis, niſi ſoli Mevio competat. Et quidem rerum purè donatarum dominium ſtatim perfectâ traditione transfertur *§. per tradit. 40. Inſt. de Rer. diviſ. l. 1. §. 1. ff. de Offic. Procur. Cæſar.* Unde, cum in patrimonio noſtro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ſtro numerari ſoleant, per matrimonium communicari eaſdem conſuetudo poſtulat; nec quicquam mutat revocationis conditio: quandiu enim incertum eſt, num extitura ſit reſtitutio, nullo modò interdicendam alienationem Imperator reſcripſit in *l.* 3. §. *ſin autem* 3. *C. Com. de Legat. & Fideic.* Quod ſi igitur alienatio permittatur per alium contractum, quidni etiam per matrimonium? præſertim hoc caſu, ubi ex conditione (*ſi ſine liberis*) donatio non dependet, ſed donationis tantum revocatio, quâ deficiente per liberorum exiſtentiam, ſimul etiam revocandi jus corruit, ſimplici & purâ, ut antea, manente donatione. Cum itaque nihil juris in rebus donatis donator ſibi reſervaverit, nec familiæ ſatis cautè proſpexerit, tranſlato ſcilicet purè dominio, conſequens eſt ut non ex judicio aut diſpoſitione ipſius, quicquam liberi poſterioris thori, ſeu donatarii, conſequantur, ſed patri ab inteſtato ſuccedentes, tanquam reliqua ſocietati communia, pro ſuâ parte, etiam donationem dividant; ita ut non tam ex donatione aut diſpoſitione hominis, quam quidem potius ex lege & ab inteſtato jus omne metiantur, uti latius conſuluit Nicolaus Everhard. *conſ.* 87. Donatio quoque patri jam ducturo uxorem pro ſe liberiſque facta, non tantum de liberis prioris thori, ſed de poſterioris matrimonii ſobole etiam intelligitur, ita ut utriuſque thori liberi in

ejuſdem

ejuſdem diviſione concurrant, licet tempore primarum nuptiarum facta fuerit, judicatum refert Franciſc. Salgado de Somoza *deciſ.* 87.

VI. Jam de rebus tempore prioris matrimonii emptis, ſed quarum demum tranſlatio in poſteriorem thorum incidit, & pretium ſolvitur, videamus, num communicari poſſint? & juris quidem eſt rem emptam omnimodo ad emptorem pertinere, ſive tradita fuerit, ſive fides de pretio habeatur. §. *venditæ* 40. *Inſt. de R. D. l.* 19. *π̃ de contr. empt.* ita ut tempus contractus in iis inſpici ſoleat, non traditionis, aut ſoluti pretii; nec enim à ſolutione, aut præfixo eidem termino, obligatio & actio ad rem conſequendam dependet. Parum me moverit, ſi quis regerat, traditionibus demum rerum dominia acquiri *l.* 20. *C. de Pact.* & ſine legitimâ coram lege loci effeſtucatione non transferri, ita ut fundus emptus in communionem prioris thori venire nequeat, cum ſtante poſteriore matrimonio ſolutio facta fuerit, & exinde demum ſubſecuta dominii tranſlatio. Facilis ei difficultati patet reſponſio; omnibus enim notum eſt in acquiſitione rerum non minus actiones, quam res ipſas immobiles communicari; ex quo autem tempore celebratur emptio, ex eodem etiam inſtanti mutua obligatio & actio ex emptione venditione oriunda naſcitur, quæ licet non quidem rem ipſam afficiat, perſonalem tamen producit

ducit actionem: ea autem, quæ ita perſonam afficiunt, etiam ad defuncti hæredes deſcendunt. *l. unic. C. ut act. ab hær. & contr. hær. inc. l. veteris.* 13. *C. de contrah. & comm. ſtipul.* Cum liberi ſuæ matris hæredes ex priore contractu unà cum patre, materno nomine venditori ad impletionem ejuſdem teneantur, neceſſe eſt, ut liberis non minus, quam patri venditor obſtrictus & obligatus cenſeatur. Jubet æquitatis ratio, ut ſi liberi fundi empti partem capiant, etiam ſolutionis rei fiant. Cæterum quantum ad Novercæ cauſam attinet, ea, quæ maritus ante matrimonium emit, ſtante autem eodem perſolvit, in diviſione hæreditatis inſpici & computari ſolent, ita ut dimidium pretii uxor præcipiat, aut tantumdem portioni maritali imputetur, ſi rei ſic acquiſitæ communionem, ut in pactitiâ ſocietate, uxor non conſequatur. Valla *de reb. dub. tract.* 13. *num.* 4. Garſias *de acquæſt. conjug. num.* 61. Argentr. *ad C. Britt. art.* 418. *gl.* 3. *num.* 4. & 5.

VII. In communicatione autem eorum bonorum, ſuper quibus lis dependet, ea maximè diſtinctio obſervanda eſt, ex quo bonorum capite, mariti, an defunctæ conjugis judicium cœptum ſit in particulari ſocietate. Quantum vero ad ſimplicem ſeu ſtatutariam bonorum communionem prioris matrimonii attinet, ſi conſtante eâ lis ſuſcepta fuerit, licet in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

tempus ſecundi matrimonii ejus terminatio excurrat, non tamen cum Novercâ ſeu poſteriore conjuge bona ſic adjudicata in totum communicabuntur, ſed ſoli liberi prioris thori cum patre eadem diviſuri ſunt, arg. eorum, quæ D. D. tradunt de uſufructu, tempore ſecundi matrimonii cum proprietate mariti conſolidato. Gomeſ. *ad l. Taur.* 50. *num.* 78. Barboſ. *ad l.* 1. *π. ſolut. matrim. part.* 1. *num.* 35. aut de rebus acquiſitis ex præſcriptione, tempore prioris thori inchoatâ, ſed in ſecundo matrimonio adimpletâ. Argentr. *ad C. Brit. art.* 418. *gl.* 3. *num.* 13. Freder. Solis *de bon. conſt. matrim. acq. quæſt.* 19. Franciſc. Balthaſar *part.* 1. *pract. reſol. tit.* 1. *reſol.* 1. *num.* 76. Quia principium, non finis attenditur, quando finis habet neceſſariam conſequentiam à principio. Zans *de diviſ. bonor. libr.* 4. *c.* 5. *num.* 16. Garſias *de expenſ. c.* 22. *num.* 12. Ita etiam hoc caſu ſeſe res habet; nec enim per ſententiam novi quid juris quoad augmentum patrimonii conſequimur, ſed quod antea in bonis noſtris fuit, per judicem confirmatur, & declaratur ad nos pertinere *l. ſicuti* 8. *§. ſed ſi* 3. *π. ſi ſervit. vindic.* Quod ſi igitur noſtrum fuiſſe judicetur, in communionem ejus ſocietatis veniet, quæ priore tempore ſubſtitit, cujus etiam ſumptibus maritus proſecutus fuit, quod ſibi competebat; igitur marito ſoli, & liberis, qui prædefunctæ conjugis vices ſupplent,

hæc

hæc communicanda eſſe rectius dixerimus, tam quoad proprietatem, quam quoad fructus adjudicatos. Garſias *de acq. conjug. num.* 190. *& ſeqq.* Nam ea, quę de novo non acquiruntur in ſecundo matrimonio, novercæ non communicantur, ſed iis competunt, qui ad ea jus antea per matrem nacti ſunt, ut etiam illud percipiant, quod tanquam lucrum ad ipſos tranſmiſſum eſt.

CAPUT II

De communione æris alieni.

I. *An dos privignæ conceſſa, etiam novercæ, ſeu ſocietati imputetur.*

II. *Quid de alimentis liberis prioris thori præſtitis.*

III. *Quomodo hæc jurgia & diſſenſiones averti ſoleant.*

I. QUæ hactenus dicta ſunt, ad primum caput ſocietatis conjugalis, quod ſcilicet acquirendi rerum dominii modos, & patrimonii augmentum continet, pertinent. Alterum eſt, quod in communicatione æris alieni, & onere debitorum conſiſtit, ut quos matrimoniale conſortium divini juris facit participes, eoſdem etiam in humano jure tam quoad onera, quam honores, æquales conſtituat. Mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ribus noſtris conjux per matrimonium conjugis debitis ipſo jure ſit obnoxius, niſi per pacta dotalia ſibi rectius proſpexerit, *Ordon.deciſ. art.* 6. Ita ut, ſi quid ratione debitorum fuerit ſolutum, ſocietati imputetur; quoniam non minus in damno, quam lucro eadem conſiſtit. *Rubr.* 22. *art.* 3. *Stat. Ultraj.* quæ imputatio in quibuſdam in totum obtinet, in aliis autem pro tempore quoad fructuum tantum amiſſionem: quæ enim ſocius erogat, etiam urgente neceſſitate, non ſtatim ſocio pro parte decedunt, ſed eorum demum ratio eſt in communi dividundo judicio. Sed cum non tantum ex debitis civiliter cum tertio contractis maritus teneatur, ſed etiam ex naturali obligatione, quæ per leges in civilem transfunditur, liberis ad dotem conſtituendam obligetur. *l. capite triceſimo* 19. *π. de Rit. Nupt. l. dotem* 6. *π. de collat. l.* 14. *C. de Iur. dot.* Dubium eſt, ſi liberis prioris matrimonii dos conſtituta fuerit, num dimidium ejus novercæ quoad proprietatem imputandum ſit. Verum enimvero rectius novercam ſoluto matrimonio ex communione tantundem ablaturam dixeris, quantum privigna dotis titulo præceperit. Socius enim ſocio de dote filiæ promiſsâ nunquam tenetur, niſi nominatim ita convenerit, & dos ab utroque dicta pactaque fuerit, *l.* 81. *π. pro ſocio & ibid.* Mornac. & Buſius. Caſpar Baëzia *de non melior.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

lior. dot. rat. filiab. c. 11. *num.* 121. Nulla autem de ea ſtipulatio intercedit, ubi ſtatuto ſocietas introducitur. Debita quidem tempore prioris matrimonii conflata etiam in poſteriorem communionem veniunt: verum non eò uſque illud axioma dilatandum eſt, ut contra æquitatis rationem ditior ex hoc capite maritus fiat cum detrimento uxoris: nec ſanè, quod ad ſublevandam conjugis inopiam primo inventum eſt, in augmentum ſubſtantiæ maritalis torqueri debet. Dotandi onus & natura & lex patri injungit. *d. l.* 19. *π. de R. N. l. ult. C. de dot. promiſſ.* ſed dimidium per novercam revocari non prohibuit. Quæ in dotem pater concedit, de ipſius ſubſtantiâ non videntur decedere, cum poſtea in legitimam liberis imputanda veniant. *l. quoniam novella* 29. *l. omnimodo* 30. *§. fin. C. de inoff. teſtam. l. filiæ* 4. *l. illam* 19. *C de Collat.* Quod autem Ulpianus *in l. ſi ſocietatem* 73. *§.* 1. *π Pro Soc.* Maximino reſpondit, coitâ univerſarum fortunarum ſocietate, ea, quæ in honorem alterius liberorum erogantur, utrique eſſe imputanda, nihil ſane officit: ex eo enim textu patet, expreſſe hoc inter ſocios ibidem fuiſſe actum, ut utrique imputaretur, quod in alterius liberos collatum foret: quod fieri poſſe ex *d. l.* 81. *π. pro ſoc.* demonſtratur; non autem ex naturâ ſocietatis univerſalis hoc elici poteſt, ſed ex pacto. Sicuti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

etiam ab ipſis JC^tis^ diſtinctionem fuiſſe adhibitam legimus, inter univerſalem ſocietatem ſimpliciter initam, & inter eam, quæ ſpecialiter & expreſſim ſit contracta: unde etiam multa expreſſæ ſocietati imputantur, quæ tacitæ ſocietati imputari non poſſunt, *l.* 3. §. 1. *l.* 7. *π̃ pro ſocio.* quod & notat Gothofred. *ad l.* 52. §. 16. *π̃. eod.* Accedit ad hoc inſuper, quod verba ea, *quæ in honorem alterius liberorum collata ſunt*, in *dd. ll.* intelligenda ſint de iis, quæ non extant amplius, ſed in honorem erogata ſtatim pereunt & conſumuntur;unde etiam non niſi major honor, non autem majores divitiæ aut opes alterius liberis conquiruntur,quę interpretatio ex *d. l.* 52. §. 19. *π̃ pro ſocio.* corroboratur. Hæreditatis deinde partitio iniquitatem ſatis detegit, & coarguit fraudem. Patrimonium enim ſi duodecim millium foret, conſtitutis privignæ pro dote duobus millibus, privigna ſeptem, noverca autem quinque tantum caperet, quoniam dotem privigna præcipiens primo aufert, & deinde reliqua decem millia defuncto patre cum novercâ jure ſocietatis æqualiter divideret. Certi juris eſt, quod dos ab eo debeatur, cui ab inteſtato ſucceſſura filia eſt, cum legitimæ locum ſuppleat, Acacius *de privil. par. & liber. priv.* 8. *c.*2. *nu.*5. *&* 6. Novercæ autem ab inteſtato nunquam privigna ſuccedit. *l. vitrico* 3. *l. amitæ* 5. *C. Comm. de ſucceſſ.* & ibi Brunnemannus

mannus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

mannus *in not.* Franciſc. de Amaya *ad l.* 1. *C. de bon. vacant. num.* 29. Quamvis autem noverca proprietatem in dotem non conferat, fructibus tamen ejus quantitatis tantiſper caret. Illud inſuper beneficium liberis prioris matrimonii naſcitur, ut dotem, vel legitimam, quæ poſt patris mortem demum deberetur, ſalvam certamque habeant, licet reliquum patrimonium infelix caſus poſtea abſumſerit, qui ſi dotis conſtitutionem præceſſiſſet, premente paupertate, nec dotis nec legitimæ titulo quicquam fuiſſent conſequuti, quod jam à paternâ hæreditate abſtinentes abſque onere retinent, altum plorante novercâ diſpendium. Præcipiet illa igitur tantum de hæreditate, quanta dos privignæ conceſſa fuerit, mariti ſucceſſoribus imputanda, quod etiam de Moribus Hiſpaniæ, Galliſſiæ, Luſitaniæ aſſerunt Joan. Garſias *de acq. conjug. num.* 154. Petr. Zans *de diviſ. bon. libr.* 2. *cap.* 12. *num.* 13. Petr. Barboſ. *ad l.* 1. *π̃. ſolut. matrim. part.* 4. *nu.* 93. Marius Giurba *ad Conſ. Meſſanenſ. p.* 1. *c.* 3. *gl.* 6. *num.* 64. Alphonſ. de Azevedo *conſil.* 38. *num.* 2. ubi latius ſe ad Conſtitutiones Hiſpaniæ hac de re egiſſe declarat. Cæterum Bertrandus Argentræus *ad Conſt. Brittan. art.* 408. *gl.* 6. *num.* 3. poteſtatem concedit mariti hæredibus, ſi ſcilicet privignæ abſtulerint dotem, etiam dimidium datæ pecuniæ repetendi, quia vide-

tur ea exſtare potius, quam quidem eſſe conſumpta.

II. Quantum autem ad alimenta privignis ſubminiſtrata attinet, aliud dicendum eſt, nec ea collationi obnoxia ſunt: ſibi enim imputet, quæ cum marito nuptias contraxerit, qui tot alendos liberos & oneroſam paſcit familiam, cujus conditionem ignorare nova nupta non debuit, *l. ſi Titius* 48. *π de fidejuſſ. l. qui cum alio* 19. *π. de Reg. Iur.* Nec ex hac largitione major fiet liberorum ſubſtantia, ſed æqualitas inter eos & novercam ſervabitur in diviſione patrimonii, quod mortis tempore inſpici ſolet. Non etiam iniquitas eſt alicui injungere, quod æquitas, pietas & recta ratio ſuadent. Durum foret ea conferre, quæ tractus temporis & natura ipſa conſumpſerint. Liberos alere, cum indigent, paternum debitum eſt, cui uxor quoque ſit obnoxia: fruſtra igitur à privigno repeteretur, quod ipſo jure præſtandum eſt: ex bonis dotalibus matris, ſi ad ſecunda vota tranſierit, prioris thori liberi alendi ſunt, quotieſcunque indigent, *l. quamvis* 20. *π. ſolut. matrim.* Surdus *de aliment. tit.* 4. *quæſtion.* 12. *num.* 7. Domin. Taſſon. *ſuper Pragmatic. de anteſato. verſ.* 5. *obſ.* 1. *num.* 57. *& ſeqq.* Ita etiam liberos enutrire onus eſt mariti binubi, & non minus ipſius rebus, quam perſonæ inhærens. Nec quicquam ex contractu aut proprio ſuo facto mari-

tus

tus hic diſſipat, ſed legale vinculum bona afficit: quæ enim maritus poſſidet, libera non ſunt, ſed ſub conditione alendi liberos, poſſidentur; unde conſequens eſt, ut cum tali onere in ſecundum matrimonium tranſeant. Nec habet noverca, quod conqueratur, cum rectius ſibi potuiſſet proſpicere. Et hæc quidem obtinent, ubi nihil omnino liberis in bonis eſt, tunc enim debitum eſt paternum eoſdem enutrire: quod ſi vero quicquam in bonis habeant liberi prioris matrimonii, tunc aut patri, aut ipſorum patrimonio imputari tandem alimenta & expenſæ debent; quia uxorem per matrimonium debitis ſolummodo neceſſariis maritus adſtringit, non vero iis, quibus de jure obnoxius non eſt, qualis cauſa liberorum cenſetur, ubi omnino non indigent: nam quamdiu quædam habent, non tenetur pater eos alere, donec ea conſumpſerint, quoad novercam etiam cum diſpendio totius ſortis, quoniam officium paternum circa alimenta in ſubſidium vitæ demum venit, ſi aliunde filius victum nec habeat, nec quærere, aut exhibere ſe poſſit. *l. ſi quis à liberis* 5. §. *ſed ſi filius* 7. *π̃ de liber. agnoſcend. l. ult.* §. 5. *C. de bon. quæ liber.* Marius Giurba *deciſ.* 5. *num.* 8. Garſias *de expenſ. & melior. c.* 4. *num.* 22. Joan. Baptiſt. Pontan. *de aliment. c.* 4. Imo ſi parentes ſtante ſecundo matrimonio privignos aluerunt, quæcunque impenderunt in liberorum edu-

cationem, poſtea repetunt, nec pietatis præſumptio aut donationis conjectura huic condictioni impedimento eſt, ita ut animo repetendi hæc geſta fuiſſe in dubio præſumantur. *l.* 15. *C. de negot. geſt.* & ibi Barboſ. *l. Neſennius Apollinaris* 34. *π. de negot. geſt.* Tuld. *ad C. eod. tit. num.* 6. Surdus *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 11. Valaſc. *in prax. collat. cap.* 13. *num.* 164. Mantic. *de tacit. & ambig. conv. lib.* 13. *tit.* 12. *nu.* 19. Sigiſmund. Finckelthaus *obſerv. pract.* 10. Joan. Brunneman. ad *d. l.* 15. *C. de negot. geſt.* Alii æquum cenſent, ut in perſonam privigni erogata, pro donatis habeantur, quæ vero in rem ipſius impenduntur, repetendi animo geſta videantur. *arg. l.* 11. *l.* 15. *C. de neg. geſt.* Sunt, qui requirunt vitrici novercæque annotationem, ſeu proteſtationem, quo caſu reſtitutionem impenſarum concedunt, quam omiſsâ proteſtatione denegant. *arg. l.* 34. *π. de negot. geſt.* Tertia eorum eſt ſententia, qui ex parentis aut vitrici qualitate & facultatibus, & ex quantitate impenſarum cauſam dirimunt, uti patet ex iis, quæ Buſius ad *d. l.* 34. commentatus eſt. & Tuſcus notat. *lit. A. concl.* 302. *num.* 25. Alii denique inter alimenta & impenſas magni & exigui pretii diſtinguunt, de quo Mantic. *d. tract. lib.* 13. *tit.* 19. *num.* 25. Verum cum de jure nulla donationis præſumptio eſt, *l. cum de indebito* 25. *verſ. ſin vero. π. de probat.* Bocer. *de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

donat. c. 1. *num.* 18. & ad onera privigni ſubeunda etiam vitricus non tenetur. *l. & qui* 3. §. 7. *π̃. de Muner. & honor.* Fruſtra ex æquitatis prætextu donationis præſumptionem accerſeremus, præſertim cum ſatis dilucidè JC^tus Paulus in *d. l.* 34. edixerit, in re facti faciliusaudiendum, qui alimenta reputare voluerit. Neque obſtat. *l. Cenſualis* 7. *C. de donat.* Ex quâ tacita inter hujuſmodi perſonas inferri videtur donationis præſumptio; non enim donationis ibidem præſumptio eſt, ſed vera donatio, licet traditionis fictione per legem corroborata. Giphan. *ad d. l.* 7. Ex cognitione autem & naturâ cenſualis apud Romanos profeſſionis interpretatio legis petenda eſt. Cenſum quiſque profitebatur in eâ civitate, in quâ agrum aliaque ſua bona poſſideret, de quibus tributum ſolveret, *l.* 4. *π̃. de cenſib. l.* 6. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* unde cenſualis bonorum profeſſio, de quâ in *d. l.* 7. *l.* 18. §. 16. *π̃ de Muner. & honor. l.* 3. *C. ſine cenſ. vel reliq.* Barnab. Briſſon. *antiquit. lib.* 1. *c.* 5. Guid. Pancirol. *var. lect. lib.* 2. *c.* 151. Quod ſi itaque privigno jumenta vitrici in cenſum, quaſi ſua, deſerenti vitricus conſentit, videtur in eum collata donatio, inquit Imperator. Non igitur hic donationis præſumptio eſt, ſed vera donatio, facto & animo declarata, dum vitricus privignum jumentorum ſuorum & tributum ſolvere

&

& pro domino haberi non tantum patitur, ſed expreſſo conſenſu illud ratum habet. Ita ut alimenta eo caſu privignis præſtita novercæ non imputentur, ſed privignorum ſorti, ſeu de bonis eorum tantundem detrahitur. Non autem ſi liberi nulla bona habuerint, tunc enim debitum fuit legale, & novercæ per matrimonium in univerſali ſocietate communicatum. Quod ſi autem alimenta non in ædibus patris, ſed extra ejus domum privignis præſtita fuerint, non domeſticum illud debitum reputari, verum ſumptus ſic factos diſſoluto matrimonio novercæ rependendos eſſe cenſuit ſuprema Curia Mechlinienſis, Chriſtin. *vol.* 3. *deciſ.* 51. *nu.* 8. Deductis tamen expenſis, quas domi in liberorum educatione feciſſet pater, Gomeſ. *ad Leg. Taur.* 29. *num.* 16. *verſ. Secundo limita.* Garſias *de Expenſ. c.* 4. *nu.* 5. Zans *de Diviſ. bonor. lib.* 4. *c.* 13. *n.* 58. Kremberch *de Sumptib. ſtudior. quæſt.* 1. *limit.* 3. *nu.* 45. Perez *ad tit. C. de Collat. nu.* 12. Vinnius *de Collat. c.* 13. *nu.* 5. Ita etiam ſumptus in peregrinationem privignorum impenſos novercæ pro dimidio rependendos eſſe Curia noſtra judicavit *ult. Iulii* 1665. *in causâ Toparchæ de Harmelen.* Cæterum aliorum mores abſque ullâ diſtinctione, ſive bona aliqua privigni habuerint, ſive nulla, tantundem novercæ tribuunt, quantum iiſdem impenſum eſt, ut illud mariti ſeu hæredum ipſius portioni imputetur: adeo ut nullo modo noverca ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

alimenta privignorum per matrimonium adſtringatur. Azevedo *d. conſ.* 38. *num.* 3. Zans *d. c.* 12. *nu.* 14. Valaſc. *conſ.* 118. Garſ. *de acq. conj. num.* 152. Guitier. *pract. quæſt. l.* 2. *quæſt.* 128. *&* 129. atque ita etiam deciſum refert Gabriel Pereira de Caſtro *deciſ. Portug.* 55. *nu.* 14. Apud prædictos autem D. D. ſtatutum ſuæ gentis maxima deciſionis cauſa eſt: ipſorum enim moribus cautum eſt, ne debitis ante matrimonium contractis uxor ſtare teneatur. Liberos vero alendi onus ab ipsâ nativitate, & ante ſecundum matrimonium lex & natura patri ipſorum injunxerant, ita ut repetiti matrimonii debitum dici non poſſit: quæ ratio cum apud nos ceſſet, & omnibus omnino debitis obnoxiam ſtatuta uxorem faciant, etiam contrarium reſpondendum eſt. Niſi quod in particulari ſeu pactitiâ conjugum ſocietate præmemorata D.D. opinio conſiderationem mereatur, non autem in univerſali.

III. Ad has diſſenſiones & jurgia avertenda, ſolent quandoque prudentes matres per pacta dotalia, onus liberos prioris matrimonii alendi & ſecundum qualitatem educandi in vitricum transferre, ut ſumptus omnes citra repetendi animum in inſtitutiones & neceſſaria privigni ſui expendat, dummodo fructus & proventus paternæ ipſorum ſubſtantiæ tanquam jure compenſationis ſuos faciat, quod apud Gallos frequentiſſimum eſſe, & rarius

ſecun-

ſecundas nuptias iniri, niſi antea inſtrumento dotali hoc ſpecialiter cautum fuerit, ſcribit Mornacius *ad l. ſi paterno affectu* 15. *C. de negot. geſtis.* Eâ enim cautione præſtitâ pupillis res ſua ſalva manet, & omnis maligna præſumptio de arrodendis privignorum facultatibus in vitrico tollitur.

CAPUT III.

De Societate Novercali per pacta dotalia circumſcriptâ.

I. *Si pacta dotalia ſtatuto ſint conformia, an* l. hâc edictali. *locum habeat.*

II. *Quid ſi aliquo modo jus Municipale in iis alteretur.*

III. *An* l. hâc edictali. *in fructibus obtineat.*

IV. *Quid de Friſiis, aliisque circa fructus dicendum ſit.*

V. *Quomodo adverſus immodicam dotrii conſtitutionem liberis prioris matrimonii ſuccurratur.*

VI. *Cum fidejuſſor ultra Leg*m. *hâc edictali non teneatur, an nihilominus obligabitur, qui ſciens prudens in ſe receperit liberos acquietu- ros contractui.*

VII. *Pactitia Novercæ ſocietas legata, aut hæreditates non comprehendit.*

VIII. *An*

VIII. *An hæreditas ſtante matrimonio delata, ſub bonis in matrimonii ſubſidium allatis contineatur.*

IX. *An hæreditates, aut legata, quæ ab utroque conjugum exſpectantur, per ſtipulationem à* l. hâc edictali. *eximi poſſint.*

X. *An in dubio* l. hâc edictali. *excluſa præſumatur.*

XI. *Quomodo filialis portio in pactis dotalibus computetur.*

I. Communio inter conjuges ex ſtatuto oriunda pinguius aliquod jus continet, quam ut Romanæ omnium bonorum ſocietati æquiparari valeat, & ſic inde deducta argumenta non adeo exactè ſemper procedunt. Nicol. Burgund. *de evict. cap.* 35. *num.* 4. Alvar. Valaſc. *de Partit. cap.* 5. *num.* 8. Zans *de diviſ. bon. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 25. Roder. Zuares *tit. de las ganancias num.* 57. Marius Giurba *ad conſ. Meſſan. part.* 1. *c.* 9. *gl.* 12. *num.* 9. Verum cùm ſæpius ſpreto jure Municipali ad commune conjuges recurrunt per pacta dotalia, quibus Conjugalis bonorum ſocietas amplificari, reſtringi, imo planè excludi poteſt. Mevius *ad Ius Lubec. lib.* 1. *tit.* 5. *nu.* 37. Coren *conſil.* 25. *num.* 2. *& ſeq.* Leon. *conſ.* 74. Goris *tract.* 1. *num.* 27. Etiam ex eo jure controver-

ſias

ſias conjugales dirimimus, ſi dubitatio circa eas inciderit, ſi ſcilicet apertè liqueat ſtatuti beneficium novos conjuges repudiaſſe. Quod ſi enim in pactis dotalibus ſtatuta communionis ſe obſervare velle conjuges proteſtentur, & ſecundum eorum normam & regulas ſocietatem ineant: fruſtra hoc caſu contrahentium mentem contra ipſorum intentionem per præſumptiones interpretaremur, cum ſe à jure Municipali non reſilire ſatis declaraverint. Actus agentium non operari ultra ipſorum intentionem commune Juriſconſultorum effatum eſt. Surd. *deciſ.* 71. *num.* 11. Qui in loco, ubi jure Municipali illa bonorum communio introducitur, matrimonium iniit, ſecundum legem loci contrahere præſumendus eſt, nec ab eo in dubio voluiſſe recedere *l. ſemper in ſtipulationibus* 34. *π̃ De R. I.* Ex loco contractus deſumenda differentia eſt, & ſecundum ejus conſuetudinem facienda diſtinctio. Nec quicquam hic conjuges ſuo facto conſequuntur, aut plus in pacto, quam conſuetudine eſt: ſed omne beneficium ex jure publico deſcendit, quod non niſi expreſſis verbis immutatur. A contrario quoque ſenſu patet, quod ipſe qui in pactis dotalibus conſuetudinem non reſtringit, ſecundum eam contrahat, eamque ſe obſervare velle profiteatur. Et cum Lex *hâc edictali*.ad forum, uti jus obſoletum, tandem deducta fuerit, non debet facilè

extendi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

extendi, ſed potius reſtringi, cum juris noſtri municipalis correctoria ſit ejus diſpoſitio, cujus natura eſt, ut quam maxime vitari & inhiberi debeat. *l. ſi quando.* 35. *C. de Inoff. teſtam. l. præcipimus.* 32. *in fin. C. de Appellat.* Quod ex ſtatuti diſpoſitione alicui competit, etiam in pactum deduci poteſt. Minimè ſanè dare dicendus eſt, nec donat, qui lege datum ſignificat *l. hæredes palam.* 21. §. 1. *π qui teſtam. fac. poſſ.* Exſtat in hanc ſententiam conſilium elegans inter *Conſult. ICtum Batavor. part.* 3. *membr.* 2. *conſ.* 54. Ant. Matthæus *de Crimin. libr.* 48. *tit.* 3. *c. ult. n.* 24. Curia autem Pariſienſis non tantum ad modum Imperatoriæ Conſtitutionis hoſce contractus reſcindit, ſed in totum pactam cum ſecundo conjuge bonorum omnium ſocietatem improbat, Renat. Choppin. *de Morib. Pariſ. libr.* 2. *tit.* 3. *num.* 20. *in fin.*

II. Verum cum proteſtatio actui contraria nihil operetur. *l. cum in plures.* 60. §. *locator.* 6. *π locat.* Giurba *deciſ.* 85. *nu.* 1. licet ſeſe juri Municipali conjuges inhærere dictitent: ſi tamen communio, quæ alioquin generalis & abſoluta foret, aliquo modo alteratur contra juris Municipalis determinationem; aut conditio in favorem alterius adjecta fuerit, à ſtatuti beneficio reſiliiſſe eoſdem judicabimus: cum per pacta dotalia hi velint acquirere, quod pactis concedi nequit; neque etiam amplius ſtatutum communionis tunc cauſa eſt, ſed pactum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

per quod communio introduci nequit: ita ut intercedente hujuſmodi reſtrictæ & præter ſtatutum limitatæ ſocietatis ſtipulatione, Lex *hâc edictali.* ſervanda veniat. Quam alii etiam abſque ullâ diſtinctione ex ſola pactorum dotalium confectione obſervari volunt. Groeneweg. *ad d. l. hâc edictali. num.* 5. *Gewoonten tot Deventer part.* 3. *tit.* 2. *art.* 7.

III. Quamvis autem Lex *hâc edictali.* pactitiam communionem & jam ex novellis apud nos Conſtitutionibus etiam univerſalem reſtringat ad filialem portionem in capitali ſummâ conjugum: vix eſt tamen, ut locum habeat in fructuum communione, à quâ ſecluditur, licet pactum intervenerit. *Conſult. IC*^tum^ *Batav. part.* 1. *conſ.* 48. Lex enim *hâc edictali.* liberos defendit, ne bona extra familiam transferantur, & capitales ſummas utriusque conjugis comprehendit, non fructus inde perceptos; cum autem alter pecunias conferat & uſuras inde conquirendas, non iniquum erit in iis habere partem alterum, qui induſtriâ, labore & ingenio perceptionem compenſat. Quorundam enim quandoq; adeo pretioſa opera eſt in ſocietate, ut eos juſtum ſit conditione meliore in ſocietatem admitti: ita ut licet alter pecuniam conferat, alter non conferat, lucrum tamen inter eos commune ſit; quia ſæpe opera alicujus pro pecuniâ valet; ut eleganter Servius Sulpitius contra Quinti Mutii

ſenten-

ſententiam obtinuit. §. *de illa ſanè*. 2. *Inſt. de Societat*. *l*. 5. *l*. 6. *π eod*. Quod maritus ſuis operis acquiſivit, uxor in utriuſque utilitatem ſeponit, ſepoſitumque maritus defendit, eique augendo perpetuo incumbit, itaut hic, ubi mutua collaboratio, & operæ intercedunt, donationis causâ ſocietas contracta dici nequeat, verum opera alterius ſupplet, quantum ei per patrimonium deeſt. *d. l*. 5. *π*. *pro ſocio*. Quod ſi penitius rem introſpexeris, ne ipſo quidem jure Romano Imperatoria hæc conſtitutio in fructibus obtinuit, quos largius quandoque maritus ex dote percipiebat, ſuosque perceptos fructus faciens, rem propriam familiarem, non uxoris bona auxit. Quod de dote in *leg. hâc edictali* dicitur, de pacto lucrandę dotis intelligendum eſt: quale pactum ſi appoſitum non fuerit, libere ſecundo marito in dotem uxor concedit omnia citra revocationis pœnam *l*. 4. *C. de jur. dot*. *l*. *ſi liberis*. 18. *C. de Donat. ant. nupt*. ubi Barboſ. *num*. 3. & ad *l. hâc edictali*. *n*. 13. Uti & hoc Stephan. Bertrand. ibidem *n*. 17. notat *poſt Cynum, Bald. Salicet*. Caſpar. Baëzia *de non melior. dot. ration. filiab. c*. 10. *n*. 26. & *cap*. 16. *n*. 39. & 43. Et honorariam quandoque fructuum communionem inter conjuges Romanos non ipſo jure, ſed ex ſtipulatu obtinuiſſe verius eſt *l*. 16. §. *ult*. *π*. *de alim. legat*. *l*. 17. §. 1. *π*. *ſolut. matrim*. Scip. Gentil. *de don. int. vir. & uxor. lib*. 1. *c*. 15. unde Martialis *lib*. 4. *epigr*. 31.

O felix animo, felix Nigrina marito,
Atque inter Latias gloria prima nurus:
Te patrios miſcere juvat cum conjuge cenſus,
Gaudentem ſocio, participique viro.

Quam tamen nuſquam hoc pacto reſtrictam legimus. Primo quidem intuitu obſtare credideris, quod quorundam facultates in reditu vitalitio, aut alio perſonali jure conſiſtant, quę ſi communioni per pacta dotalia ſubjiciantur, tota ſors communicabitur, quia forſan præter hos reditus nihil aliud contrahens poſſidet, ita ut non tantum quæſtus diſpendiique, ſed totius jam ſortis fuerit communicatio, cum ſors ipſa nullum poſt mortem conjugis habitura ſit effectum; Accedit quod *l. hàc edictali.* non tam contractus verba & intentionem, quam quidem eventum reſpicit. Verum quantum ad primam objectionem attinet, eam minus ſtringere videas, ſi legem bene rimari cœperis: ea enim bona, quæ in familiâ ſunt, conſervare jubet; & ſolus ille conſtitutionis ſcopus eſt; bona autem familiæ dici non poſſunt, quæ communi conjugum ſtudio & labore coacervantur. Ubi enim uterque opus ſuum conficit, etiam ex eâ ratione participet æquum eſt. Eadem etiam objectio omnia munera perſonalia, tam militaria, quam politica aſtringeret: cum nulla ſit diverſitatis ratio: illud autem aſſerere grave foret. Quod vero de eventu dictum eſt, intelligi debet,

debet, ſi ex contractu & pacto, non vero ſi ex re ipsâ, aut ſtatuto eventus ille ſequitur. Nec etiam verum eſt, quod nullus redituum vitalitiorum poſt mortem conjugis effectus datur, illud enim ex reſtitutione dimidii fructuum ſtante matrimonio perceptorum, aut dimidii pretii & valoris eorundem redituum refuſione à ſuperſtite conjuge tandem faciendâ convellitur. Vide Clariſſ. D. Rodenburg. *de jur. Conjug. lib.* 1. *tit.* 2. *part.* 1. *c.* 4. *num.* 33. licet aliud apud nos ex nuperrimo edicto 14. *April* 1659. jam conſtitutum ſit. Et cum acquæſtus ſtante matrimonio facti per *l. hâc edictali.* non veniant defalcandi, prout deciſum refert Chriſtin. *vol.* 1. *deciſ.* 271. *num.* 12. & lucra potius ſint legalia, quam ab homine proficiſcentia; nec tam titulo lucrativo, quam oneroſo acquiſita: quare diſpoſitioni *l. fœminæ. C. de Sec. Nupt.* non ſubjacent, Joan. Lopes *de lucr. mar. & ux. c.* 11. *num.* 17. Valaſc. *conſultat.* 103. *num.* 30. Nulla etiam ratio eſt, quare fructus ſtante matrimonio percepti in filialem portionem forent imputandi, cum ſub acquæſtu comprehendantur, nec ab illo ſeparari poſſint, eleganter Neoſtadius *de pact. antenupt. obſ.* 4. *in not.* Atque ita etiam Curia Ultrajectina judicavit 20. *Decemb.* 1656. Fructus ſcilicet bonorum, reditus & acquæſtus in filialem Novercæ portionem non eſſe imputandos. *in causâ viduæ, liberorumque Henrici Ruyſch.*

L² 69-124 IV. Cæterum extra omnem dubitationis aleam ponimus, Legem *hâc edictali* conſiderationem aut effectum non mereri ratione fructuum apud eos, quorum moribus excluſâ communione capitalis ſummæ, ſola fructuum ſocietas inter conjuges oritur, ut ex finitimis Friſii ſtatuunt, Galli, Hiſpani, Luſitani, Itali, & pleraque Europæ portio hactenus ſervavit: apud eos enim non pactum, ſed ſtatutum inter conjuges fructus communicat.

V. Jam videndum eſt de eâ gratificatione, L² 65-120 quæ in pactis dotalibus citra ullam ſtatuti rationem aut reſpectum fieri ſolet, uti in doërii conſtitutione patet. Conjugibus quidem apud nos in proprietate ſibi invicem gratificari interdictum eſt, *Rubr.* 22. *art. ult.* Pactorum autem dotalium confectio, cum in matrimonii tempus non excurrat, non impedit, quo minus bonorum proprietatem iis in ſuperſtitem conferamus. *l.*27. *π de donat. int. vir. & uxor. l.*1. *§.*1. *π de don. tot. tit. C. de donat. ant. nupt.* Subſiſtit ex eo capite mariti in novercam proprietatis conceſſio, ſed quouſque teneat hæc patrimonii diminutio lex proſpexit, ne liberis per indirectum auferatur, quod directo ipſis à Principe indultum fuit. Antecedit plerumque nuptias apud noſtrates de doërii conſtitutione ſtipulatio; quod enim conſuetudinarium vel ſtatutarium eſt, illud Galli & alii agnoſcunt, Grivell. *Deciſ.* 113. Apud nos non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

nonniſi conventionale eſt, quod ſcilicet per pacta dotalia conſtituitur. Ant. Matthæus *de auction. lib. 1. c. 11. num.* 39. Quod cum ex ſolâ liberalitate oriatur, ſicuti reliquæ munificentiæ, coërceri debet. Olim quidem jure optimo querela inofficioſæ donationis, & ad ejus ſimilitudinem dotis introducta eſt. Cum enim parentes ſupremum judicium donationibus anticiparent, exclusâ ſiquidem inofficioſi teſtamenti querelâ, cum exhauſto patrimonio inteſtati decederent, nullum ſupererat liberis remedium, quo debitum bonorum ſubſidium conſequerentur. Verum benignius poſtea prioris matrimonii liberis ab Imperatoribus proſpectum eſt per leg^m. *hâc edictali.* Quod enim antea per revocatoriam actionem ex causâ inofficioſæ dotis, aut donationis à conjuge ſuperſtite repetebant, nunquam legitimam potuit excedere: illud autem quod hodie ipſo jure conſequuntur, ſemper ultra legitimam eſt, quoniam in portione ſuperfluâ vitricus partem non facit, uti poſt *Cravett. Bertrand* & alios probat Fachinæus *lib.3.controv.* 69. Ita ut hodie plus legitimâ conſequantur, cum per querelam inofficioſæ dotis nihil ultra legitimam competeret; quâ revocatoriâ actione ſublatâ non tam per querelam ipſis hodie ſuccurritur, quam quidem ipſo jure tuti ſunt per leg^m. *hâc edictali.* ceſſante *l. unic. C. de inoff. dotib.* Joan. Faber. Jacob. Cujac. Mornac. Groenew.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ad tit. C. de inoff. dot. & *ad tit. C. ſi adverſ. donat.* Nec ratio eſt, cur dixeris remedium Legis *hâc edictali.* cum querelâ inofficioſæ dotis concurrere, ac ſi forent beneficia ad diverſum finem tendentia, uti poſt *Bart. Bald.* & *Caſtrenſ.* voluit Trentacinq. *var. reſol. lib.3. tit. de jur. dotium, reſol. 3. n. 6.* & noviſſime Brunneman. *ad tit. C. de inoff. dotib.* Quicquid enim per inofficioſæ dotis querelam conceſſum fuit, idem in *l. hâc edictali.* & pinguius continetur, Molinæus *de inoffic. donat. n. 77.* In eo autem querela inofficioſæ dotis & remedium *l. hâc edictali.* conveniunt, quod poſt mortem demum parentis liberis proſit: ex eo enim tempore demum legitima debetur, ad quam vivo patre liberi jus nullum habuerunt, *l. 1. §. ſi impuberi. ff de collat. bonor. l. 6. C. de inoff. teſtam.* Fontanell. *de pact. antenupt. cl. 5. gl. 8. part. 4. n. 6.* Fateor quidem doërium conſtitui, quando conjuges nondum ſunt, nec matrimonium interceſſit, ita ut contra novercam nullum jus videatur liberis competere, cum hæc extra conjugii figuram gerantur, ubi noverca jure extranei, non vero conjugis cenſeri debet. Nec quod conjugum munificentiam reſtringit, ad ſponſos deduci poteſt. Verum equidem cum ante nuptias donatio, quæ etiam matrimonium antecedit, & cui doërium non adeo diſſimile eſt, per *l. hâc edictali.* coarctetur, & immodica prohibeatur. *l. 6. C. de Sec. Nupt. verſ. ſin autem.* &

verſ.

verſ. ſin vero, Novell. 22. *c.* 7. Nihil obſtat illa ratio, quod ſcilicet ante matrimonium doërium conſtituatur, prout deciſum refert Maynard. *lib.* 3. *deciſ.* 85. *n.* 3. Bouvot *part.* 1. *verb. Societas, q.* 24. Jacob. Montholon. *arreſt.* 42. Conſt. Omland. *lib.* 3. *tit.* 1. §. 12. quod latius confirmat Renat. Choppinus *de Morib. Pariſ. lib.* 2. *tit.* 2. *nu.* 7. Atque ita etiam ex Curiæ noſtræ placito doërium à novercâ in inventario fuit expreſſum, & in filialem ipſius portionem imputatum, 20. *Decembris* 1656. *in prædictâ hæredum Henrici Ruyſchii causâ.* In foro autem Saxonico hæc conventio effectum ſortitur, ſi modo legitimæ liberorum prejudicium non generetur, Carpzov. *part.* 2. *Conſt.* 43. *def.* 17. Cæterum clauſula in pactis dotalibus plerumque adjici ſolet, ut in ſolatium thori luctuoſi, & liberis nondum ſubnixi, tantũ debeatur: adeo ut exiſtentibus ex ſecundo matrimonio liberis, obligatio conſtituti doërii, & pullulantes inde queſtiones ſepius evaneſcant.

VI. Cum itaq; ſecundæ conjugi ultra *legᵐ hâc edictali* gratificare non liceat, etiam fidejuſſor in pactis dotalibus eidem obligationi accedens, ſi quid ſuperfluum promiſſum fuerit, non tenebitur: neque enim in duriorem cauſam, aut majorem quantitatem fidejuſſorem, quam reum principalem obligari placuit. *l. græcè* 8. *§. illud.* 7. *l. hi qui* 34. *l. ſi à reo.* 70. *π̃ de fidejuſſor.* & cum lex donationi, aliique actui conatur occurrere, fidejuſſorem

quoque liberat, cum per ejuſmodi actionem ad reum perveniatur *l.46. π de fidejuſſor.* Quod ſi vero in pactis dotalibus quid promiſſum fuerit in præjudicium liberorum prioris matrimonii, eique contractui accedens fidejuſſor promittat, quod filii primi matrimonii eidem acquieſcent, nec ullas ſuper eâ causâ moleſtias aut turbas ſint daturi, quominus promiſſio inter conjuges facta exitum ſortiatur, eo caſu fidejuſſorem ex fidejuſſione omnimodo teneri, poſt *Abbatem* & *Decium* tradit Alexand. Trentacinq. *var. reſol. lib.3. tit. de matrim. reſol.5. in fin.* Franciſc. Vivius *commun. opinion. lib.2. opin.527. n.8.* Eaque legibus ſententia congruit: non quod ſtrictè adeo fidejuſſor hic dici poſſit, quam quidem potius adpromiſſor, qui ſuo etiam ac proprio nomine, eveniente conditione, obligari ſolet. *l.5. §.2. l. decem 116. π de Verb. Oblig.* Goeddæus *ad l.150. π de Verb. Signif. n.2. & ſeqq.* Dixi *potius* ad ſimilitudinem, quia proxime accedit: nihil enim horum *propriè* dici poteſt, ut ex legibus à me allegatis patet. Sufficit ſaltem hunc interceſſorem donandæ excurrentis ſummæ animũ ſic declaraſſe: præcipuè enim profacto hic fides interponitur.

VII. Quantum autem in circumſcriptâ hac ſocietate ad communionem bonorum attinet, multum ea reſtrictior eſt, quam in generali eſſe diximus. Ea enim donationes, legata, hæreditates ſive ex teſtamento, ſive etiam ab inteſta-

to

to debitas communicat *l.ſi ſocietat.* 73. *l.ea vero* 3. §.1. *π pro ſocio.* ita ut eluſâ vi Legis *hâc edictali.* in diviſione hęreditatis novercę portio longe legitimam liberorum ſępius excedat. Hęc autem particularis ſocietas legata, hæreditates, donationes non comprehendit, cum ex operis non proficiſcantur, nec ſub acquæſtus, aut diſpendii nomine contineantur *l.nec adjecit.* 9. *& ſeqq. π pro ſocio.* Gamma *deciſ.*358. *& ibi* Flores de Mena. Barboſ. *ad l.*1. *π ſolut.matrim.part.*1. *n.*35. uti etiam Curia pronuntiavit 20. *Decemb.* 1656. lite inter tutores pupilli *Ioan. vande Poell* ejuſque vitricum motâ.

VIII. Nec eſt quod contrarium reſpondeamus, ubi ſimpliciter ſtipulatio interceſſit, ut bona in matrimonii ſubſidium adducta, ad latus unde proceſſerunt, reverſura ſint, legitimâ ſcilicet ſobole non exiſtente, nulla hæreditatis mentione factâ, aut legati exceptione, ſed acquæſtuum communione ſolummodo introductâ. Licet enim ea, de quibus ſpecialiter per pacta dotalia cautum non fuit, diſpoſitioni juris ſtatutarii relinquantur, Mar. Giurba *deciſ.* 111. *num.* 6. & Secundum ea jura conjuges præſumantur contrahere, quæ in loco contractus vigent, ſi inde expreſſe non receſſerint, *l.* 34. *π de R. I.* & ex ſtatuto hæreditatem communioni cedere neceſſe ſit, niſi ſpecialiter excludatur: cum tamen in contractuum interpretatione non ſolum ea veniant conſideranda, quæ per verba

fuerunt

fuerunt expreſſa, ſed etiam quicquid ex conjecturis, & tacita contrahentium mente colligitur, *l. promittendo.* 41. §. 1. *π de jur. dot. l. ult. C. Quæ res pign. oblig.* etiam hic contrahentium intentionem elicimus per præſumptiones; quamvis enim ſtante matrimonio devoluta hæreditas inter bona in matrimonii ſubſidium allata recenſeri nequeat, jus tamen hæreditatem percipiendi in alterius conjugum patrimonio fuit, ita ut ad eum etiam rurſum reverti debeat. Deinde cum hic tantum particularis ſit ſocietas, utpote ex pactorum dotalium confectione deſcendens, legata, aut hæreditates non veniunt, *l. nec adjecit* 9. *& ſeqq. π pro ſocio.* præcipue cum contrahentium mens ſit ea tantum communioni cedere, quæ ſub acquæſtu comprehenduntur. Nicol. Everard. *conſ.* 135. *num.* 6.

IX. Et hæc quidem adeo ſtrictè attendi debent, ut quoties à communione ſtatutariâ novi conjuges recedunt, toties non tantum ex tacitâ contrahentium mente, aut interpretatione ſtatuti, hęreditates, legata, donationes non veniant; ſed etiam eo caſu, quo expreſſè per pacta dotalia conventum fuerit, hęreditates & legata ſocietatem conjugalem eſſe ingreſſura, licet hinc inde diverſa ab utrâque parte exſpectentur, & caſus unius aut alterius conjugis non ſit deterior, ſed æque felix, & incertus propter dubium eventum, *l. ſi pater* 12. *C. de inoff. teſtam. in fin. l.* 1. *C. de pact.*

de pact. l. 11. *C. de Tranſact.* tamen ea non ulterius ſocietatem novercalem ingrediuntur, quam quatenus filialis portio, & *l. hâc edictali.* patitur, quia ab hominis facto & pactis dotalibus hæc communio tantum dependet, nec incertitudo caſus, quæ hic ſola pro fundamento eſt, uſquam excipitur, quo per eventum *l. hâc edictali.* eludi poſſit: ita ut hæreditas, ſi quæ obvenerit ſtante matrimonio à parte viri, eo diſſoluto pro dimidiâ parte in novercæ portionem filialem imputari debeat, quod arreſto quoque Curiæ *in præmemoratâ hæredum Henrici Ruyſchii cauſâ* 20. *Decembris* 1656. comprobatum fuit.

X. Cęterum in dubiâ pactorum dotalium interpretatione in favorem liberorum potius, quam novercæ, fertur ſententia: præſertim ſi aliqua conſuetudinis conjectura, aut legibus conformis præſumptio ex verbis contractus erui poſſit; veluti ubi ex pactis dotalibus in familiæ erciſcundæ judicio dubium oritur, an per pacta dotalia omnium bonorum ſocietas intervenerit, an vero acquęſtuum tantum futurorum communio introducta ſit, potius quoad acquæſtus tantum contractam ſocietatem reſpondebimus propter voti paterni præſumptionem, & erga liberos affectum, quodq; nemo contra *l. hâc edictali.* utpote liberis favorabilem, contrahere pręſumendus ſit, ſed potius ſeſe eidem conformaſſe. Et quamvis per ſtatutum, quod jus noſtrum commune eſt,

omnium

omnium bonorum tam præſentium, quam futurorum communio introducatur, quum tamen apud nos invaluit, ut rariſſimè omnium bonorum ſocietas contrahatur, ſed acquæſtuum tantum, præſertim inter ditiores, ſi bona hinc inde collata vix æqualia fuerint. Cumque hic contrahendi per pacta dotalia modus & uſus apud noſtrates ſit frequentior, contrahentium mentem eidem potius, quam ſtatuto conformem in dubio credimus, prout etiam Senatus Dolanus judicavit. Grivell. *deciſ.* 5. Cui accedit hæc fortior ratio, quod ſimulac quis pacta dotalia apud nos conficit, ſtatim à jure ſtatutario ad commune tranſiiſſe cenſetur, niſi expreſsè ſecundum jus Patrium, & ſtatuta civitatis ſe eadem condidiſſe proteſtetur, uti ſuperius declaratum eſt.

XI. Addenda hîc quæſtio eſt de filiali portione ex pactis dotalibus computandâ, ſi liberi, qui in vivis fuerunt, ſtante ſecundo matrimonio ante patrem vitâ defungantur, num totam hæreditatem, an vero ſemiſſem ſecunda conjux habitura ſit? & quidem de ſemiſſe verior ſententia eſt. Tantum huic conjugi maritus conceſſit, quantum exiſtente prole gratificari licet. Tota hæreditas filialis portio non benè dicitur, quam pactis dotalibus ſolummodo ſtipulata eſt: neque legalis quantitas computari poteſt, niſi ab inteſtato amplius hæres conſideretur. Diviſiouem

ſionem cum liberis maritus præſupponit. Durum ſanè foret legitimas ex ſanguine ſucceſſiones ſpinosâ ac dubiâ interpretatione ſubverti & penitus excludi, quod poſt Jacobum Mæſtertium *de ſec. nupt. quæſt.63.* latius deducit & confirmat Leeuvven *in Cenſ.Forenſ.lib.1.c.12.n.15.*

Poſtquam autem hæc mea in lucem prodierunt, apud nos ex Illuſtrium Ordinum decreto Lex *hâc edictali*, & Lex *fœminæ. C.de ſec. nupt.* in univerſali etiam ſeu ſtatutariâ ſine pactis dotalibus communione admiſſæ ſunt: adeo ut quæſtiones circa Societatem conjugalem, quoad dictas leges, antea ex recepto uſu & conſuetudine in contrarium deciſæ, ad normam Principalis reſcripti in hâc Diœceſi jam reſolvendæ ſint.

SECTIO I.

I. *An Noverca per pacta dotalia liberis naſcituris ex ſecundo matrimonio ultra* l. hâc edictali *ſtipulari quicquam poſſit.*

II. *An pactis dotalibus introducta prolium unio revocari queat.*

III. *An pactis dotalibus introduci poſſit, ut liberi ex ſecundo matrimonio naſcituri certâ portione contenti, à reliquâ hæreditate abſtineant.*

IV. *An pacta dotalia, quibus liberis prioris matrimonii certa fuit addicta portio, mutari per patrem vel matrem poſſint.*

I. Pacto-

I.

PActorum dotalium duplex effectus in contractu novercali oritur, partim liberos prioris ſimul & poſterioris matrimonii reſpiciens, partim liberalitatem novorum conjugum coarctans. Novercæ licitum eſt ad certam quantitatem ſibi ſtipulari: ſed an idem in liberis ex ſecundo matrimonio naſcituris obtineat videndum eſt. Et quidem veritati magis congruit novercam in eorum gratiam etiam ulterius, & ſine certâ quantitate, aut reſtrictione paciſci poſſe, dummodo liberis prioris thori legitima ſalva remaneat: quamvis enim inter perſonas gratificari ſibi prohibitas facile fraus præſumatur, præſertim hic, ubi major patris affectus erga liberos ex priori matrimonio exiſtentes, quam demum naſcituros credi poſſit: ita ut benignus patris animus novercalibus delinimentis interclusus contra legis intentionem niti dicendus ſit, dum contemplatione potius & causâ novercæ, quam liberorum futurorum, quorum nullum etiamnum erga patrem meritum, nulla gratia, & incertus dubiusque eventus eſt, hæc liberalitas extorta videatur: quare hoc pactum nullum, tanquam cujus ſubſtantia deficit, declarari ſcribit Franciſc. Vivius *lib.* 2. *deciſ.* 396. Fontanell. *de pact. anten. tom.* 2. *cl.* 5. *gl.* 8. *part.* 4. *num.* 5. Theſſaur. *deciſ.* 170. quibus Hotto-

Hottomanni *lib.* 4. *obſ.* 18. eumque ſequentis Henrici Boceri *de donat. cap.* 1. *num.* 3. ſuffragatur opinio, non ſubſiſtere ſcilicet hanc naſcituris liberis factam munificentiam, licet parentis ſtipulatione munitam, utpote in quâ affectus & acceptatio deficiunt, quæ in hac conventione uti ſubſtantialia deſiderantur. *l. in omnibus.* 55. *π̃ de obligat. & act. l. abſenti.* 10. *π̃ de donat.* Verum equidem rectius in hiſce Guidon. Papæi *deciſ.* 267. & ad eum commentantis Stephani Ranchini judicium exiſtimo, validè liberis, etiam naſcituris, ex parentis ſtipulatione acquiri, idque ſatis clarè Ulpianus innuit in *l.* 5. *π̃ de oper. libert.* Si quis, inquit, operas ſtipulatus ſit ſibi, liberiſque ſuis, etiam ad poſthumos pervenit ſtipulatio: & confirmatur *l.* 5. §. 1. *C. de Natural. liber. l. ſi inter virum* 24. *π̃ de pact. dotal.* Quo præſuppoſito cum hic caſus per legem non fuerit comprehenſus; & prohibitoria conſtitutio extra verba extendi non poſſit, pro validitate pacti reſpondendum eſt. Nihil equidem operatur fraudis ſuſpicio, ſi ad effectum deducta ſtipulatio nihil contra legem moliatur: nec etiam quicquam juris ex hoc pacto novercæ accedit, quod liberis decreſcere dicendum ſit: ſi enim liberi, in quorum gratiam hæc acta conſignataque ſunt, non naſcantur, tanquam conditione non exiſtente contractus infirmabitur, quibus natis eo res redit, ut ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

initio valeat, quod patri ex poſt facto ſemper licitum fuiſſet diſponere, inter liberos utriuſque thori inæqualitatem conſtituendo, *Novell.* 22. *cap.* 48. Sanè cum quilibet liberis ſuis etiam naſcituris bene velle præſumatur, pactum inutile dici non debet, aut nimium reſtringi, quod hac legitimâ præſumptione ſubnixum noverca inire voluit, atque ita Cathalaunos ſervare teſtatur Cancer. *part.* 3. *var. reſol. c.* 2. *nu.* 197. *&c.* 15. *nu.* 344. confirmant Franciſc. Balthaſar. *part.* 1 *pract. reſol. tit.* 1. *reſol.* 3. *nu.* 7. & Scipio Gentil. *de donat. int. vir. & uxor. lib.* 2. *c.* 28. qui ad contraria latius reſpondet. Neque placet diſtinctio Franciſci Manticæ *de tacit. & ambig. conv. lib.* 12. *tit.* 33. *nu.* 10. ut ſecundo conjuge pro liberis naſcituris ſtipulante, *l. hâc edictali* conventio ſubjiciatur, eadem autem à reſtrictione libera cenſeatur, ſi ab extraneo interpoſita fuerit ſtipulatio; ſufficit enim quod ſtipulanti non acquiratur. Quod ſi quæſito colore non tam in liberorum naſciturorum, quam ipſius novercæ favorem facta ſit conceſſio, & illa non tam nudo miniſterio uſa fuerit liberis ſtipulando, quam quidem ſibi tacitè vel expreſsè voluerit paciſci, contrarium potius juri conſonum erit, arg. *l. Sulpitius Marcello.* 49. *ff. de donat. int. vir. & uxor.* Fachin. *lib.* 3. *controv. cap.* 66.

II. Sunt & pacta dotalia, quæ unionem prolium continent, ſeu quibus actum eſt, ut

diverſi

diverſi matrimonii liberi, vel conprivigni utrique parenti, novercæ & vitrico æqualiter in omnem ſubſtantiam ſuccedant, ac ſi ex uno eodemque matrimonio ſanguine conjuncti deſcenderent; haſce pactitias ſucceſſiones adeo frequenter obſervat Germania, ut non tantum tacitâ conſuetudine à jure civili hic receſſerit, ſed ſpecialiter de unione prolium diverſis civitatium ſtatutis, quid obſervandum ſit, diſpoſuerit, Joan. Rudinger. *cent.* 2. *obſerv.* 20. Et licet rarius uſitatæ, non tamen planè noſtratibus ſunt incognitæ, uti earum exempla audivimus; exulat enim jam dudum maligna præſumptio, & votum captandæ mortis propter futuram ſucceſſionem intentandæ ad Barbaros rectius relegaveris, nec aliis convenit, quos ſub mitiore ſidere & plagâ ſol aſpicit, quam rationis umbram ad pacta de futurâ ſucceſſione improbanda jus Romanum prætendit, *l. de fideicommiſſo* 11. *C. de Tranſaction.* Nec eſt quod iniquitatem ex diſparitate patrimonii hic metiamur: amicorum enim & tutorum præſentia in unionis tabulis conficiendis requiſita eam excludit; & ulterior coram Magiſtratu loci, ſeu competente judice cum inquiſitione pactorum adhibita confirmatio omnem doli præſumtionem penitus tollit, Gaill. *lib.* 2. *obſerv.* 125. Carpzov. *lib.* 5. *reſp. Elect. tit.* 1. *reſp.* 6. Hæc autem pacta dotalia ubi

interveniente requiſitâ ſolennitate ritè confecta fuerint, immutabilem planè formam & naturam ſortiuntur. Quamvis enim diviſio quędam inter liberos iis ſolummodo facta quibuſdam videri poſſit, cujus natura eſt, ut poſtea mutari & reformari poſſit: vel etiam quiſquam cenſeat hæc pacta conjugum eſſe teſtamenta, quæ licet à duobus confecta, ab altero tamen pro ſuâ parte reſtringi, inverti, imo planè in totum tolli poſſunt. Rectius tamen dixeris non ultimæ diſpoſitioni, aut ambulatoriæ voluntati aſſimilari poſſe, ſed magis ad contractuum naturam accedere: licet enim non ſtatim actio, ut effectus ex contractu reſultans, ex iis oriatur; jus tamen aliquod ſtatim liberis naſcitur, cujus effectus propter conditionem nondum exiſtentem in tempus mortis ſuſpenſus hæret: jus autem per pacta dotalia liberis prioris matrimonii quæſitum tolli non poteſt: præſertim cum unionis natura ſit, pupillos adverſus novercam, ejuſve blanditiis ſeductum patrem defendere: quod fieri non poſſet, ſi pro lubitu mutari hæc pacta valeant. Nec ſanè judicis, aut tutorum præſentia ad excludendas fraudes in confectione unionis deſideraretur, ſi poſtea licitum ſit per reſtrictionem aut mutationem iis non præſentibus in liberorum prioris thori detrimentum quicquam doloſè & fraudulenter machinari, Rickius *de union. prol. c.* 10. Pet. Heigius *part.* 1. *quæſt. Saxon.* 23. *nu.* 38. Verum

ob

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ob eas cauſas, quæ exhæredandi poteſtatem parentibus largiuntur, veluti ſunt contumacia, ingratitudo, & ſimiles, *Novell.* 115. *cap.* 3. etiam mutari poſſe prolium unionem, ſi judici ſatis graves viſæ fuerint, verius exiſtimo, quia prolium unio parentibus legitima juris remedia non aufert, ſed tantum modificat & circumſcribit: ſublatâ autem principali causâ, ſcilicet hæreditate propter ingratitudinem, etiam circumſcriptio illa, ſeu reſtrictio facile corruit. Atque ita ſenſit Rickius *d. cap.* 10. *num.* 27.

III. Sicuti autem Novercæ licitum eſt, in liberorum naſciturorum gratiam & favorem per pacta dotalia ſtipulari à conjuge, unde liberorum prioris thori deterior fiat conditio, ita etiam ex diverſo parenti ad altera vota jam aſpiranti facultas conceditur paciſcendi cum futurâ conjuge, ne liberi ex ſecundo matrimonio oriundi ęqualiter cum liberis prioris thori ad paternam ſubſtantiam, aut hæreditatem admittantur, ſed certâ portione contenti à reliquo patrimonio abſtineant, ut D. D. Feudiſtæ notant *ad tit. de fil. nat. ex matrim. ad morg. contract.* Non enim lege tantum, ſed etiam pactione fieri poſſe, ut ex eo matrimonio nati à præcipuâ hæreditate removeantur, demonſtrat Hugo Grotius *de Iur. Bell. & Pac. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 8. *in fin.* ubi de conjugio Abrahami cum Cheturâ agit, cujus liberi certam tantum portionem, ſeu dona quæ-

dam retulerunt, reliquâ paternâ hæreditate ſoboli prioris thori reſervatâ. Eaque pacta non tam futuræ hæreditatis acquirendæ, quam potius conſervandæ ſucceſſionis videntur indigitanda. Unde apud nos, ſi caſus evenerit, ſecundum ſupra memoratam juris Feudiſtici diſpoſitionem judicandum cenſet Groeneweg. *ibid.* Verum enimvero rectius contrarium docet Eguinarius Baro in commentariis ad eundem locum, tradens ſublatam moribus hanc tam iniquæ pactionis licentiam, proſcripto ex uſu prædicti tituli tenore; nihil enim ex pactione cum ſecundâ conjuge initâ immutari poteſt, niſi quod privatorum utilitatem, ſeu contrahentium jus concernit, & quod ab ipſorum voluntate ſeu poteſtate dependet. *l. ſi pater.* 12. *§.* 1. *π de pact. dotal. l. unic. §. ult. C. de Rei uxor. act.* Quod autem legibus introductum eſt, tanquam jus publicum privatorum pactis nullo modo reformari aut alterari valet. *l.* 7. *§.* 7. *l.* 28. *π de pact. l.* 6. *C. eod.* Cum itaque liberis legitima debeatur, & quidem inſtitutionis titulo, & ad illam parentes etiam inviti per leges teneantur. *l.* 30. *π de liber. & poſth. hæred. Novell.* 115. *c.* 3. Barry *de ſucceſſ. lib.* 16. *tit.* 4. *num.* 2. Mornac. *ad auth. Noviſſima. C. de inoff. teſtam.* fruſtra pacta ſuſtinenda cenſeremus, quæ huic legum vigori contraria cum iniquitate irrepeent, & ipſe ſanè feudiſta in *tit. ſi de feud. defunct.*

content.

content. §.*filii.* ſponte fatetur, ratione haſce conditiones improbari, & ſolo tantum uſu admitti; unde haſce pactiones ab allodialibus bonis removeri, & in feudis tantum præcipuè admitti docet Cujac. *de feud. lib.* 4. *tit.* 32. *in fin.* Præcipuum itaque hujus contractus ſeu pactionis fundamentum eſt Mediolanenſium uſus, cui ſuam debet originem: unde hujuſmodi pacta improbamus, niſi de ſpeciali conſuetudine in contrarium pateat: ita ut non obſtante hujuſmodi pacto, nihilominus tam ſecundi, quam primi matrimonii liberi ſuccedant, prout poſt *Caſtrenſ. Alvarot. Iſern. alioſq.* docet Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ.* 120. allato ibidem ſupremæ Curiæ Mechlinienſis arreſto. Mantic. *de tacit. & ambig. conv. lib.* 12. *tit.* 34. *numer.* 6. Schrader. *de feud. part.* 7. *cap.* 5. *numer.* 31. Ea igitur pacta tantum recipimus, quæ aliquid (ſalvâ poſteriori ſoboli legitimâ, & hæredis titulo eidem conceſſo) tanquam præcipui jure prioris thori liberis concedunt.

IV. Quod ſi autem liberis prioris matrimonii, aut etiam poſterioris thori ex paternâ ſubſtantiâ certa fuerit aſſignata portio, aut aliud quoad ſucceſſionem jus conſtitutum, nihil impedit, quo minus hæc pacta mutari valeant; nec quicquam hoc caſu novercæ, proprietatis aut conceditur aut adimitur (non enim in totum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

apud nos mutari poſſunt) ſed in quantum liberos hujus aut alterius thori reſpiciunt, quorum conſenſus in mutatione aſſignatæ portionis ne quidem requiritur: cum nullum jus per modum contractus directò iiſdem quęſitum ſit, neque pacta dotalia quoad tertium vires, aut effectum hoc caſu ſortiantur, niſi per mortem contrahentis confirmata in vim teſtamenti valeant. Aſſignata itaque portio, cum ex ratione ultimæ voluntatis ſic debeatur, invitis etiam liberis diminui, imo in totum tolli poteſt per poſterius elogium. Neq; enim per pacta dotalia adminiſtrandi & diſponendi liberam facultatem eripere ſibi conjuges præſumendi ſunt, ſed pro declaratione tantum haberi debet hæc diſpoſitio, ſi ſcilicet aliter teſtamento poſtea non caverint, à quâ conditione tota hujus pacti vis & efficacia dependet, Joan. Wameſ. *cent.*2. *conſil.*16. Chaſſan. *ad Conſuet. Burgund. Rubr.* 7. §. 7. *num.* 3. Benedict. Carpzov. *part.* 2. *Conſt.* 43. *def.* 16. Mevius *ad Ius Lubecenſ. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 2. *nu.* 20. Cæterum illud hic omnino obſervandum eſt, ne ſcilicet in conjugis utilitatem ullo modo cedat hæc mutatio, propter gratificationem inter conjuges ex ſtatuto prohibitam.

CAPUT IV.

De adminiſtratione mariti, & quomodo ex eâ Noverca obligetur.

I. *Maritus liberè alienat, transfert, donat inconſultâ uxore.*

II. *An inſciâ novercâ rectè donet liberis prioris matrimonii.*

III. *Quid ſi prope ante matrimonium hæc donatio facta ſit.*

IV. *Quid de inhæredatione liberorum in immobilibus ſtante matrimonio emptis.*

V. *Quomodo novercæ hoc caſu ſuccurratur.*

VI. *An noverca pro privigno fidejubere poſſit.*

I.

EX adminiſtratione maritali non minus, quam ex aliâ lucri, aut æris alieni communicatione ſocietatis conjugalis opes aut accreſcunt, aut diminuuntur. De iis enim, quę conjuges poſſident, liberè maritus diſponit alienando, transferendo, donando tam immobilia, quam mobilia, niſi apud nos improlis fuerit, Stat. Ultraj. *Rubr.* 22. *art.* 2. Sed cum hæc adminiſtratio partim circa commune patrimonium in diminutione & augmento rerum conjugalium conſiſtat, partim circa jus tertii & tutelæ vel curatelæ geſtionem verſetur, unde non mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

nus uxor, quam maritus pupillo obligabitur, etiam hæc breviter per duo capita diſpeſcimus.

L² 39-54
L² 68-125

II. Generaliter circa primum obſervari debet, ne hæc marito conceſſa licentia eò uſque detorqueatur, ut illud, quod cum damno uxoris alioquin ſubſiſtit, etiam cum fraude initum vires capiat, unde ſi donationem in filium prioris thori ſtante ſecundo matrimonio ſub hoc maritalis poteſtatis prætextu maritus contulerit, vix eſt ut eam ſecundum leges factam, & ratam habituri ſimus: magnus quidem parentum erga liberos amor eſt, ſed ne ſub eâ ſpecie peccetur, legis obſtat auctoritas; rectius itaque hanc donationem tanquam fraudulenter & doloſè excogitatam per revocatoriam actionem reſcindendam dixeris, prout etiam Curia Pariſienſis & Mechlinienſis decidit, Renat. Choppin. *de privileg. ruſticor. lib. 3. c. 4. à princ. in not.* Petr. Peckius *de teſtam. conjug. lib. 2. c. 8.* Bernard. Autumnus *ad Conſ. Burdigal. tit. de Teſtament. art. 70. in addit. omiſſ.* Joan. Bouvot *ad Conſ. Burgund. tit. des droicts appartenans à gens mariéz art. 3. in med.* Vidus Conchylius *ad Conſ. Nivern. tit. des droicts de Gens Mariéz. art. 3. in med,* D. Chriſtian. Rodenburg *de Iur. Conjug. l. 1. tit. 2. part. 1. cap. 1. n. 10.* Alienatio enim ex cauſâ donationis marito permiſſa non niſi moderata intelligitur, & ſimul quæ ex juſtâ cauſâ fiat, unde nulla fraus aut diſſipatio poſſit præſumi, eleganter

ganter Lud. Molina *de primogen. Hiſpan. lib. 2. c. 10. nu. 66. verſ. quâ ratione.* Roder. Zuares *ad tit. de las ganancias. nu.* 55. Barboſ. *ad l. 1. ff ſolut. matrim. part. 1. nu. 40. & 41.* Larrea *deciſ. Granat. 39. nu. 14. & ibid. alleg.* Et ne quidem in præjudicium novercæ maritum repudiare poſſe uſumfructum ſibi in bonis liberorum prioris matrimonii competentem ex Jure Portugallico demonſtrat Gabriel Pereira de Caſtro *deciſ. Luſitan.* 55. Cum tamen alioquin hujuſmodi uſusfructus remiſſio ſeu donatio à parente ſuperſtite in filiumfamilias collata ex ſpeciali Imperatoris reſcripto ſubſiſtat. *l. cum oportet. 6. §. 2. C. de bon. quæ liber.* Henric. Bocer. *de donat. c. 3. nu. 13.* Neque vero extra fraudis ſuſpicionem poſitus eſt, qui abſque ullâ adminiſtrationis ratione bona de ſocietate ſubducit, ne in communionem deducta cum uxore, ejuſve hæredibus communicentur; accedit quod perſonæ ita conjunctæ facta largitio non omnino extra dolum propter præſumptiones poſita ſit, ita ut in perſonâ marito adeo conjunctâ confirmari non debeat, Virgil. Pingizer. *quæſt. Illuſt. Saxon. 28. n. 26.* præſertim cum huic donatario forſitan ipſe donator ſit ſucceſſurus. Clandeſtinis & domeſticis fraudibus facile quidvis pro negotii opportunitate confingi poteſt, vel id, quod verè geſtum eſt, aboleri, inquit Imperator Conſtantinus *in l. data. 27. C. de donat.* Quę rationes ex præſumptione deſumptæ ſi legitimè

conjun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

conjungatur, quod hac occaſione geſtum eſt, facile infirmabunt: eique ſententiæ plurimum inſervit, quod *art. 4. Rubr. 28. Stat. Civit. Ultraj.* diſponitur. Nec neceſſe eſt, ut inter emancipatum & in poteſtate conſtitutum diſtinguentes cum Chaſſanæo *ad Conſ. Burgund. Rubr. 4. §. 2. in verb. & acqueſts. num.* 20. & aliis fluctuemus: ea enim à foro dudum receſſerunt, & quoad acquiſitionem omnes emancipationis jura ſtatim poſt nativitatem conſequimur, ſublato patriæ poteſtatis effectu. E converſo etiam matrem inconſulto vitrico non rectè bona liberis ſuis vendere, aut hęreditatem ſibi obvenientem donatione in eoſdem transferre reſpondit Sichardus *conſ. ult. de contract.* Matris itidem mercatricis confeſſionem de debiti per filium ſibi factâ ſolutione non ſufficere deciſum refert Antonius de Gamma, niſi in rem Vitrici verſam hanc pecuniam aliter demonſtret, aut liquidius eluceſcat ſatisfactio, *deciſ.* 246.

III. Quod ſi autem maritali thoro nondum conſcenſo, à patre ſponſo liberis prioris matrimonii, inſciâ futurâ novercâ aliquid donatum ſit, non ſtatim fraudulentum judicabimus, ſed hoc rectius judicis arbitrio relinquemus: qui ex donationis modo & quantitate, vel temporis, quo ſecundas nuptias donatio anteceſſit, intervallo, argumentum petet, quo ſententiam ferat aut confirmando donationem, aut eandem improbando. Nic. Everard. *conſil.* 208.

Ex

E² 68-125

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

IV. Ex eodem donationis fundamento dependet hæc quæſtio, num ſcilicet maritus, conſtituto inter ipſum & novercam uſufructu, poſtea bona quædam emens, in iis liberos prioris matrimonii inhæredare poſſit, ut eorum uſufructu & proprietate noverca cadat: quamvis ſanè ipſorum nomen emptionis inſtrumento & inhæredationi inſcriptum fuerit, cum tamen pateat pecuniam numeratam ipſorum patrimonio non deceſſiſſe, ſed per patrem ex communi ſocietate & conjugali ſummâ ſolutam eſſe, res geſta potior, quam ſcriptura habenda eſt. *l. 6. C. ſi quis alter. vel ſib.* Licet enim dominus habeatur, cujus nomen inſtrumentum præfert: cum tamen ex eo noverca fraudaretur, dominii in prioris thori liberos tranſlatio impedienda eſt: nullo etiam, niſi ſolo donationis titulo, hoc caſu liberi gaudere poſſent, quam antea in harum perſonarum gratiam prohiberi demonſtravimus, ita ut hæc acquiſitio duplici laboret vitio, propter donationem ſcilicet illicitam, & deinde ne quid fraudis uſuifructui legitimè conſtituto fiat, idque latius diſtinguendo explicant Pet. Peckius *de teſtam. conjug. lib. 2. c.* 10. Joan. Wameſ. *cent.* 5. *conſil.* 83. Azeved. *ad conſt. Hiſpan. lib.* 5. *tit.* 9. *leg.* 9. *num.* 25. Kuyck *ad Cravett. conſ.* 850. *num.* 3.

V. Cæterum ubi hæc donationis titulo alienatio facta eſt jure maritalis adminiſtrationis,

ſocie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ſocietati non imputabitur, ſed novercæ ſuccurrendum erit per ſimilitudinem Paulianæ actionis, quæ contra fraudem creditoribus conceſſa eſt, uti poſt Chaſſanæum *&* Peckium docet Henricus Boguet *ad Conſ. Burgund. tit. des gens Mariéz.* 2. §. 10. *verb. conſtant. num.* 3. ita ut ſi res donata in ſpecie exſtiterit, ea repeti poſſit: quod ſi vero conſumptâ re donatâ eam revocationem donatarius evaſerit, mariti, ejuſve hæredum portioni in communi conjugali dividundo, quod ablatum eſt, imputandum judicemus, tantundem præcipui jure novercâ, ejuſve ſucceſſoribus capientibus, Gomeſ. *ad Leg. Taur.* 50. *num.* 74.

VI. Cum autem non ex unaquâque mariti adminiſtratione, præſertim ſi ſecum fraudes trahat, noverca teneatur, uti diximus: reſtat, ut videamus, an non ſeſe ipſam in gratiam liberorum prioris matrimonii contrahendo, aut pro iis fidejubendo, obligare poſſit. Cum enim uxor marito gratificari prohibeatur, in ejuſque favorem contractui ſeſe immiſcere ſtante matrimonio nequeat, conſequens videtur, ut amputandæ fraudis gratià ex contractu aut fidejuſſione (non enim apud noſtrates omnino contrahendi poteſtas nuptis & ſub maritorum imperio conſtitutis eripitur) pro mariti liberis ſeu privignis noverca etiam volens nunquam teneatur. Et ſpecialiter quidem legibus cautum

cautum eſt, ne qua mulier crediti inſtrumento proprio viro propriam ſubſtantiam, aut ſeſe ipſam obligatam faciat. *Novell.* 134. *cap.* 8. Unde communiter DD. *Bald. Salicet. & alii in auth. Si qua mulier. C. ad SCtum. Vellejan.* tenuerunt Novercam ſeſe pro mariti filio ſeu privigno obligantem ſervari illæſam, quoniam mariti contemplatione hæc interceſſio facta præſumitur, uti refert & ſequitur Stephan. Bertrand. *in l. hâc edictali. C. de Secund. Nupt. in princ. n.* 12. Quamvis enim Noverca Senatuſconſulto Vellejano renuncians validè pro aliorum contractibus fidem interponat, prædictæ tamen Authæ. *Si qua mulier.* nulla omnino obſtat renuntiatio, aut voluntaria remiſſio; ita ut tanquam ex jure publico omnis omnino obligatio pro marito facta nulla declaretur, ſub quâ declaratione comprehendi volunt interceſſionem Novercæ pro privigno factam, idq; latius exornant Matth. Berlich. *part.* 2. *concluſ.* 19. *n.*67. Theſſaur. *dec.* 223. *n.* 5. Franciſc. Balthaſar. *pract. reſol. part.* 1. *tit.* 1. *reſol.* 11. *n.* 12. Alexand. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *tit. de fidejuſſ. reſol.* 3. *n.* 7. Verum minus rectè, duplici enim remedio mulieribus proſpectum eſt, aut enim in causâ mariti intercedunt, & ex *d. Authâ Si qua mulier.* ipſis ſuccurritur; aut pro extraneo fidem interponunt, & jam obligatio ſeu fidejuſſio Sai Vellejani exceptione eliditur, privignus autem

reſpectu

reſpectu Novercæ extraneus eſt, ita ut ordinarium Vellejani remedium ſolummodo hic proſit. Præcipuum equidem iſtius Novellæ fundamentum in donatione, ſeu gratificatione marito non faciendâ poſitum eſt: unde D.D. ſupra allegati præſuppoſitâ donationis prohibitione inter uxorem & maritum, maritique filios, aut amicos, etiam *d. auth.* ex eâ ratione ad fidejuſſionem Novercæ pro privigno ſtante matrimonio factam extenderunt. Certum autem eſt prohibitoria donationum ſtatuta ad literam interpretanda eſſe, nec extenſionem pati; unde etiam licet donatio inter virum & uxorem prohibeatur à ſtatuto, tamen gratificatio inter Novercam & privignum nullo modo interdicitur: unde ſequitur conceſsâ gratificandi poteſtate, etiam fidejuſſionem novercæ pro privigno concedi, & de jure noſtro validam eſſe. Quod ſi enim expreſſa ſeu aperta gratificatio licita ſit, fruſtrà ex gratificandi præſumptione fidejuſſionem infirmabimus: Nec etiam qui fidejubet pro alio, ſtatim eidem donat, aut totam in ſeſe obligationem, tanquam proprium debitum, ſuſcipit, ut alter ſeu principalis debitor à contractu aut actione eximatur: ſed ſi quid fidejuſſor ex cauſâ fidejuſſionis ſolverit, mandati actione conſequi tantundem poteſt absque ullâ actionis ceſſione. *l. ſi fidejuſſor. 6. C. Mandat.* Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 122. ita ut fidejuſſio non ſtatim dici poſſit dona-

donatio, quo tamen axiomate præcipuè contraria opinio fulcitur, ita ut hinc pateat, Novercam per fidejuſſionem abſque ullâ exceptione ſeu reſtrictione, nullâ etiam interveniente mariti authoritate aut conſenſu, ſtante matrimonio validè obligari, eandemque obligationem & actionem adverſus eam ejuſve hæredes poſt mariti mortem in judicium deduci poſſe ex Statut. Ultraj. *Rubr.* 22. *art.* 5. quo contractus à muliere ſine marito initus, vivente eo dormit, ſeu quieſcit, diſſoluto vero matrimonio ſuſcitatur & reviviſcit, quod etiam in Curiâ Grationopolitanâ ſervari teſtatur Guid. Papæus *deciſ.* 447.

SECTIO I.

I. *An Vitrici conſenſus neceſſarius ſit in privigni nuptiis?*

II. *An Noverca cum marito privignam dotans, de ſuo teneatur;*

III. *Quid ſi maritus nimiam dotem ſit pollicitus?*

IV. *An Noverca ſeſe expreſsè obligare poſſit pro dote privignæ?*

V. *An mater inconſulto Vitrico filiam rectè dotet.*

I.

Vitrici conſenſum in privigni nuptiis lex non deſiderat, Scheplitz. *ad Conſ. Brandeburg. part.* 1. *tit.* 2. §. 2. *num.* 3. Havemann.

de Iur. Connub. lib. 1. *tit.* 2. *poſit.* 13. *in fin.* Mauſer. *de nupt. pag.* 349. Brouwer *de Iur. Connub. lib.* 1. *c.* 11. *nu.* 23. utpote cui in privignos patriæ poteſtatis jura non ſuppetunt, Franciſc. Niger Cyriac. *Controv. Forenſ.* 271. *nu.* 27. Quod matri jus competit, quia perſonæ inhæret, in vitricum non tranſit; niſi ubi moribus receptum ſit privignos per matris nuptias in vitrici patriam poteſtatem incidere, uti de Leodienſibus ſcribit Carolus de Mæan *ad Ius Leodienſ. part.* 1. *obſ.* 61. *num.* 6. & 8. Alii autem ex matrimonii reiteratione etiam matris conſenſum repudiant, Zypæus *in notit. Iur. Belg. lib.* 5. *tit. de Sponſal.* Quod tamen apud nos non procedit, quippe *art.* 14. *Ordinationis Deciſoriæ* matrem non minus poſt nuptias quam durante viduitate comprehendi, me litem enarrante Curia decidit *in cauſâ van Ian van Ooſten qua*^{e} *q*^{a} *gereq*^{de} *ende de Momboirs van Hendrick Adriaenſz. van Reumſt Req*^{ten} *ult. Febr.* 1664.

II. Quod de Vitrico diximus, multo magis in novercâ procedit. Sed quid ſi patri filiam dotanti conſentiat, num de ſuo quoque dotaſſe præſumenda eſt? affirmant Gomeſius *ad Leg. Taur.* 50. *num.* 25. & Gamma *deciſ.* 308. *num.* 9. Rectius ſcripſit Caſtillo *ad Leg. Taur.* 53. ipſum etiam Vitricum, ſi cum uxore privignam dotaverit, de bonis privignę vel animo repetendi dotaſſe præſumi, quod judicato comprobat Antonius de Souſa *deciſ.* 23.

Nullâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

III. Nullâ etiam ratione hoc caſu obligata cenſebitur vigore poteſtatis maritalis, ſi quidem liberis prioris thori in fraudem novercæ non validè maritus donet, Choppin. *de privil. Ruſtic. lib. 3. c. 4. in princip. in not.* Peckius *de teſtam. Conj. lib. 2. c. 8.* Autumn. *ad Conſ. Burdigal. tit. de teſtament. art. 70. in addit. omiſſ.* Imo dotem pro dimidio repetendi facultatem concedit Argentræus *ad Conſ. Britann. art. 408. gl. 6. num. 3.* adeo ut etiam ſoluto matrimonio ultra mariti facultates ex hujuſmodi dotis promiſſione vidua non teneatur, licet paternam hæreditatem liberi repudiaverint.

IV. Sunt qui exiſtimant ne quidem ullam à parte novercæ oriri obligationem, etiamſi expreſsâ ſtipulatione de bonis ſuis dotem polliceatur fidemque interponat, ne in ſui commodum authoritatem maritus præſtet & ſic in prohibitam munificentiam cedat dotis conſtitutio, quod Senatus Pariſienſis cenſuit, Annæus Robert. *Rer. Iudicat. lib. 3. c. 11.* Idem ſtatuunt Conſuetudines Antverpienſes *tit. 41. art. 11.* & latius firmat Surdus *deciſ. 164.* Beneficium Senatuſconſulti Vellejani novercæ hic indulget Marius Giurba *ad Conſ. Meſſan. part. 1. cap. 3. gl. 6. n. 65.* Verum expreſſa pro dote obligatio apud nos abſq; dubio ſubſiſtit, cum gratificatio inter novercam privignumq; etiam vivo conjuge confirmetur ex præſcripto Edicti Deciſorii *art. 3.* No-

vercam quoque jure civili valide marito donare, ut privignam inde dotet, tradit *poſt Nattam, Ripam, Manticam* Marius Cutelli *de donat. contemplat. matrim. tract.* 1. *diſcurſ.* 3. *part.* 1. *nu.* 24. Hujuſmodi autem gratificationes inter novercam & privignum nunquam leges in dubio præſumunt, ſi forſitan alias interpretationes patiatur dotalis conventio, Menoch. *de Arbitr. Iudic. quæſt. caſ.* 88. *num.* 13. Cothmann. *vol.* 4. *reſp.* 36. *num.* 7. Anton. de Souſa *deciſ. Luſitan.* 23. *num.* 9. & 10.

V. Matrem inconſulto vitrico licitè dotem filiæ ſuæ conſtituere docet Didacus Spino *de Teſtament. gl.* 11. *num.* 23. Verum rectius in dotis conſtitutione mariti conſenſum deſiderant Baëzia *de non meliorand. dot. ration. filiab. cap.* 11. *num.* 49. & Barboſa *ad l.* 1. *π. ſolut. matrim. part.* 1. *num.* 27. Dotis favor uxorem poteſtati maritali non ſubtrahit, neque adminiſtrandi jura invertit, recuſante autem marito ſecundum perſonarum conditiones judex dotis quantitatem arbitrabitur. Quoad bona autem paterna, nullus vitrici conſenſus deſideratur, cum ea filiæ hæredi ipſo jure debeantur; ſed de bonis ſolummodo matris viventis quæſtio eſt, & de iis bonis liberorum paternis, in quibus matri uſusfructus competit, quouſque in conſtituendâ ex iiſdem dote vitrici authoritas admittatur.

CAPUT V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

CAPUT V.

De Tutelis.

I. *Rectè vitricus pupillo tutor conſtituitur, licet invitus cogi non poſſit.*

II. *Vitrici bona pupillo obligantur etiam pro adminiſtratione ante matrimonium per matrem habitâ.*

III. *Pupillus apud Vitricum educari poteſt.*

IV. *Pater, licet novercam ſuperinduxerit, nec tutelam, nec educationem amittit.*

V. *An noverca teſtamento tutrix conſtitui poſſit.*

VI. *An pupilli educatrix?*

VII. *An vitricus teſtamento rectè tutor conſtituatur?*

VIII. *An mutato domicilio privignum extra Provinciam tranſportare liceat?*

I.

SEquitur, ut jam de altero adminiſtrationis capite, ſeu tutelâ videamus; equidem tutelæ geſtio virile munus eſt, & ultra ſexum fœmineę infirmitatis officium, uti Imperator Alexander loquitur *l. 1. C. quand. mul. tut. off. fung. l. 18. π de tutel. l. 26. π de teſtam. tutel.* Matrem tamen à prohibitoriâ hâc Conſtitutione naturalis erga liberos affectus excipit

Novell. 118. *cap.* 5. quamdiu in viduitate permanſerit, nec alterius viri pellecta conſortio, ulterioris matrimonii faces affectaverit, quæ ipſam à tutelâ removent, *Novell.* 22. *c.* 40. *Novell.* 94. *cap.* 2. Stat. Ultraj. *Rub.* 31. *art.* 2. Quæ licet ita per nuptiarum repetitionem amittatur, cum tamen in vitrico major erga privignos, quam extraneos intercedit affectio, nec ita etiam maternus animus in pejus incidit, ut omni motu naturali peſſundato, in totum liberorum cura abjiciatur, nihil etiam impedimenti obtrudi poteſt, quo minus vitrico tutela pro judicis arbitrio continuanda demandetur, Maynard. *libr.* 6. *deciſ.* 49. Franciſc. Caldas *ad l. ſi curatorem C. de in integr. reſtit. minor. verb. ſine curatore nu.* 110. Sigiſmund. Finckelthaus *obſ. pract.* 53. *num.* 17. 34. & 35. Franciſc. Balthaſar. *part.* 1. *pract. reſol. tit.* 5. *reſ.* 3. *num.* 27. *poſt. Cravett. Menoch. Wurmbſ. alleg.* Idem moribus Galliæ receptum ſcribit Alexander Chaſſanæus in commentariis, quêis Alexandri Severi Imperatoris reſcripta elucidavit in *l.* 1. *C. quand. mulier tutel. off.* Judicatum refert Expyllius in ſuis arreſtis. *c.* 141. Bouvot in *verb. tuteurs quæſt.* 39. & de Ducatu Mantuano teſtatur Franciſcus Niger Cyriacus *controv. forenſ.* 135. *num.* 23. Imo apud Leodienſes in vitrici tutelam ipſo jure privignos tranſire & bonorum adminiſtrationem ad eundem ex conſuetudine devolvi narrat Carolus

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

de Mæan *ad jus Leodienſ. part. 1. tit. de gens Mariéz. obſerv. 61. art. 7. num. 5. & 6.* Theodorici Quinti Hollandiæ Comitis tutela ex Ordinum & populi conſenſu, vitrico ipſius Roberto Friſio cum publicâ adminiſtratione delata fuit, quod Mejerus in Flandriæ, Voſſius in Hollandiæ annalibus notant. Matrem cum tutore filiæ ſuæ nuptias contrahere non prohiberi, & ſic vitricum tutorem ſuperinducere reſcriptum eſt, *l. 3. C. de interd. matrim. int. tut. & pup.* Et vitricum tutorem adoptare poſſe privignum ſuum ex Imperatoris Antonini reſcripto probat Papinianus. *l. 32. §. 1. π̃ de adopt.* Eodemque modo in *l. 3. C. de contrar. tutel. judic.* vitricus privigni tutelam adminiſtraſſe dicitur. Interim tamen non diffiteor, quod prædictarum legum textus ad eum caſum torqueri poſſent, ſi ſcilicet is, quem pater teſtamento tutorem dederit, matrem pupilli uxorem ducat, ut ita vitricus privignorum tutor evadat; præſertim ex jure novo aliquam ſibi veritatis ſpeciem affingit hæc opinio, cum enim ſtatim contractis ſecundis nuptiis à tutelâ removeatur mater, conſequens videtur jure ſaltem novo, non aliter, quam uti dictum eſt, vitrico privignorum tutelam deferri poſſe, ſi ſcilicet datus antea tutor ex poſt facto vitricus eſſe ceperit, quod poſt Coraſium quoque ſenſit Tulden. *ad C. tit. quand. mul. tut. offic. fung. num. 6.*

Balthaſar Thomaſius *de Tutorib. tract.* 1. *tit.* 9. *c.* 1. *num.* 16. Baldus *&* Cravetta *ibidem allegati.* quamvis alii tutorem ex nuptiis cum matre pupillorum contractis præcipuè removendum ſtatuant, Durant. *quæst.* 65. *num.* 5. *Coſtuym. van Antwerp. tit.* 43. *art.* 63. *Weeskeur. van Alckmaer tit.* 10. *art.* 2. *Briell. tit.* 10. *art.* 151. Verum ex hâc objectione minimè infirmantur ſupra tradita, illud enim ſolummodo inde evincitur per leges vitricum ad tutelam non vocari, aut ipſo jure admitti, non autem quod omnino ei interdicta ſit hujus tutelæ adminiſtratio, ſi præviâ inquiſitione ex re pupilli Magiſtratus eſſe judicaverit, ut vitricus ad eandem admittatur. Quod minus dubium habet, ſi contutoris conſenſus acceſſerit, aut cum contutore adminiſtret, prout judicatum referunt Balthaſar & Finckelthaus *dd. ll.* Minus nocet argumentum, quod à debito per ſecundas nuptias contracto petitur, vitrici ſcilicet bona pro adminiſtratione matris pupillo ipſo jure obligata cenſeri *l.* 2. *C. quand. mul. tutel. off. l. penult. C. in quib. cauſ. pign. tacit. Novell.* 22. *c.* 40. Debitorem autem pupillo non dari tutorem, *Novell.* 72. *c.* 1. 2. 3. Neque enim ex hoc argumento tutela vitrici deſtruitur, uti rectè animadvertit Horatius Carpanus *ad Statut. Mediolanenſ. cap.* 316. *nu.* 7. Quanquam etiam moribus noſtris debitor quandoque pupillo tutor deſignetur, Carpzov.
part. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

part. 2. conſtit. 11. def. 20. Groeneweg. *ad Authent. minoris. C. qui dar. tutor. num.* 5. Omlandorum autem Conſuetudines Vitricum quidem tutorem, non vero adminiſtratorem patrimonii pupillaris agnoſcunt, *Conſuet. Nov. Ommelandor. lib.* 3. *tit.* 2. §. 29. Ita tamen hæc intelligenda ſunt, ut ſi ipſe vitricus tutelam recuſaverit, ad eam ſubeundam cogi non poſſit, uti ſeſe obtinuiſſe refert Mornacius *ad l. nonnunquam* 32. *π de adoption.* Et judicatum narrat Mainardus *lib.* 6. *deciſ.* 49. Gillet *de tutel. cap.* 11. *verſ. le Vitric.* Charondas *in pandect. jur. Gall. lib.* 2. *c.* 7. Quod ſi vero tutelam ſuſceperit, teneri eundem ſatiſdare Senatus Lutetianus cenſuit, extat arreſtum *in ſcholiis poſthumis Mornacii ad l.* 1. *C. ubi pupill. educ. deb.*

II. Quod ſi quis autem matrem liberorum tutricem duxerit, ſive tutelam renuat, ſive poſtea ut tutor adminiſtrationem continuet, bona ipſius omnimodo legali vinculo & jure hypothecæ adſtringuntur pro adminiſtratione, etiam ante matrimonii perfectionem habitâ, quæ privignis ex tutelæ geſtione obligantur & præteritæ tutelæ geſtæ ratiociniis jure pignoris tenentur obnoxia, ne quid incuriâ, ne quid fraude ex rebus parvulorum depereat *l.* 2. *C. quand. mul. tut. off. l. penult. C. in quib. cauſ. pign. tac. contrah. Novell.* 22. *c.* 40. Montan. *de tutel. cap.* 15. *num.* 96. Merlin. *de pign. & Hypoth.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

lib. 3. *tit.* 1. *quaſt.* 37. Neguzant: *de pign. & Hypoth. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 156. Ingens hoc privilegium pupillare eſt, & juris Romani fundamentis contrarium; cum enim ex alterius contractu nemo obligetur, & propter conjugis culpam inquietari conjugem leges vetent, *tot. tit. C. ne uxor pro marit. aut è contrà.* etiam ex priore debito & obligatione tutelari uxoris maritus ſecundus teneri non potuiſſet, niſi ſpeciali favore hoc ab Imperatoribus fuiſſet conſtitutum; quamvis alia ex moribus noſtris ratio, ſcilicet ſocietas conjugalis iſti debito vitricos novercaſque etiam alliget. In tantum autem hoc privilegium tacitæ hypothecæ à quibuſdam extenditur, ut rationibus cum matre tutrice ante ſecundum matrimonium diſpunctis etiam ex ordine juris Romani, reliqua adverſus vitricum executioni mandari poſſe doceant, uti videre eſt apud Munnos *de ratiocin. tom.* 1. *c.* 34. *num.* 12. *& ſeq.* Lege vero Romanâ Vitrici quidem bona ob adminiſtrationem uxoris obligantur, non vero novercæ ex mariti tutelæ geſtione, uti probat Joannes de Garron. *de Sec. nupt. pæn.* 28. *num.* 55. licet malè poſt Odofredum diſſentiat Nuncius Pellicia *ad Conſuet. Averſan. cap.* 8. *n.* 152.

III. Conceſsâ itaque vitrico tutelâ, etiam prorſus inconveniens non eſt, ut pro judicis arbitrio, inſpectâ vitrici qualitate, ſi bonæ famæ vitæque fuerit, pupillus apud eundem educetur;

quod

quod ſi enim hoc caſu inter matrem & cognatos fuerit orta dubitatio, Præſidem Provinciæ inſpectâ perſonarum qualitate & conjunctione perpenſurum, ubi pupillus educari debeat, conſtituit Imperator Alexander *in l.* 1. *C. ub. pupill. educ. deb.* & vitricus privignas ſuas paterno affectu aluiſſe memoratur *in l.* 15. *C. de neg. geſt.* Gnæus Octavius impubes apud vitricum educatus fuit, uti ex Dione refert Jacob. Cujac. *lib.* 6. *obſ. c.* 29. Publius Ebutius ſub tutelâ Vitrici T. Sempronii Rutilii vixit, Livius *lib.* 39. plura ex aliis refert Deckherus *lib.* 2. *diſſert. jur.* 4. *num.* 16. Unde patet planè arbitrarium eſſe apud quem pupillus educari debeat, nec removeri ſemper vitricum, ſed pro arbitrio judicis quandoque admitti, ſi notę probitatis fuerit, Barboſ. *ad l.* 15. *C. de negot. geſt. poſt. Alexand. Caſtrenſ. Zanches, Guitierrez alleg.* Mainard. *lib.* 6. *deciſ.* 50. Vivius *lib.* 1. *deciſ.* 16. *num.* 3. Sigiſm. Finckelthaus *obſ. pract.* 53. *num.* 17. *& ſeqq.* Papon *lib.* 15. *tit.* 4. *arr.* 7. Chriſtin. *vol.* 3. *deciſ.* 160. *num.* 5. multiſque id Senatuſconſultis firmatum refert Annæus Robert. *rer. judicat. lib.* 1. *c.* 8. Uti etiam Ferdinandus Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 2. *c.* 25. *num.* 5. Durant. *quæſt. Tholoſ. Cur.* 65. Maſtrill. *deciſ.* 175. *nu.* 11. *& ſeqq.* Carpzov. *part.* 2. *conſtit.* 11. *def.* 43. Unde neceſſe non eſt, ut cum Joanne Fabro *ad l.* 1. *C. ub. pupill. educ. deb.* Guid. Papæo

deciſ. 539. *num.* 4. Matute de Azevedo *diſquiſit. legal.* 34. *num.* 21. & *ſeqq.* aliiſque, tutelam vitrico concedamus, educationem vero denegemus. Nec enim vitrici amor ſtatim in matre juris naturalis conculcat veſtigia, ut ea deponat, quæ & honeſtatis ratio, & ipſius naturæ inſtinctus ſuggerit. Quod autem de præſumptâ liberorum excoriatione propter ſecundum matrimonium, aut de metu mortis, propter ſpem ſucceſſionis, per matrem liberis inferendæ D. D. tradunt, illud neque juri Romano in hiſce ſemper placuit, uti ex ſuperioribus patet, nec noſtris moribus ſatis convenit, niſi aut mutandæ religionis, aut turpioris vitæ ſuſpicio acceſſerit. *l.* 5. *π̃ ubi pupil. educ. deb.* Groeneweg. *ad l.* 1. *C. eod.*

IV. Cæterum abſque omni dubio pater educationem habet, licet ad ſecundas nuptias tranſierit, & cum novercâ cohabitet, judicatum refert Cabedo *part.* 1. *deciſ.* 99. fruſtra obluctante avo, qui propter patris ſecundas nuptias educationem pupilli ad ſe devolutam eſſe aſſereret; nec enim hæc pœna uſquam patri per leges inuritur, ut hoc caſu educator pupilli ſui eſſe deſinat, ſed è contrà in tutelâ & adminiſtratione etiam poſt repetitum matrimonium defenditur, *l.* 5. *C. de Secund. Nupt.* & ibi Barboſ. *num.* 9. *poſt Boërium, Baëziam, Pinell. alioſq.* Ant. Gomeſ. *ad Leg. Tauri.* 14. *num.* 15. Grotius *in*

manud.

manud. lib. 1. *part.* 7. *verſ. over ſulx.* De amore patris erga liberos lex fortiter confidit, *l. ult. C. de curat. furioſ.* nec ullam paritatem inter virum & uxorem hic agnoſcit, propter animi in matre inconſtantiam & præſumptam priſtini amoris mutationem, ita ut licet educationem mater bigama amittat, illud tamen ad patrem extendi non poſſit, cum omnis in pœnalibus ceſſet extenſio, ſed è converſo argumentum inde poſſet deſumi, quod ſcilicet Imperator, dum in ſolâ matre educationem pupilli ſpecialiter reſtringit. *l.* 1. *C. de ubi pupill. educ. deb.* eandem patri binubo omnino liberam & ſine reſtrictione reliquerit. Sanches *de matrimon. lib.* 7. *diſput.* 88. *nu.* 20. Sin autem blanditiis uxoris ſeductus pater durius pupillum habeat aut aliud circa educationem periculum timeatur, extra paternas ędes, vivente novercâ, eundem educari æquum eſt, Peguera *deciſ.* 95. Fontanell. *de pact. antenupt. clauſ.* 5. *gl.* 8. *part.* 11. *num.* 31. Sicuti apud Marcum Annæum Senecam *lib.* 4. *controv.* 28. Avus patri poſt ſecundas nuptias in educatione nepotis præferri poſtulat, non jure ſanguinis, aut legis authoritate, ſed propter veneficii ſuſpicionem, & malos novercæ mores.

V. Cum autem generalis regula ſit, à tutelis fminas removeri, exceptis matre & aviâ, quæ antea de tutelis diximus, ad novercam extendi ratio conſtitutionis non patitur, ita

ita ut teſtamento ne quidem privignis tutrix per maritum conſtitui poſſit, cum enim ſola mater & avia per legem excipiantur & ad tutelam admittantur, conſequens eſt novercam ſub generali diſpoſitione remanſiſſe; & quamvis in nomine cum matre conveniat ex juris fictione, quoad nominis tamen effectum diſpar ratio eſt; in matre benevolentiam leges præſumunt, in novercâ vero odium, & animus minus benignus verſatur; & cum ab omni virili munere arceatur, etiam propter habilitationis defectum ad privignorum tutelam admitti non debet, uti reſpondit Joannes de Amicis *conſ.* 15. *num.* 13. & poſt *Beroum quæſt.* 67. *num.* 1. probat Marius Giurba *part.* 1. *obſerv.* 23. *num.* 2. latiſſimè Hyeronimus Bruckńerus *in reſol. jur. poſt Maynardum impreſſis. corollar.* 2. *per tot.* Eamque ſententiam non tantum juri civili congruere, ſed ſpecialibus Germaniæ ſtatutis cautum eſſe, ne tutrix curatrixve pupillis noverca conſtituatur, docet Herman. Vultejus *inter conſil. Marpurgenſ. vol.* 1. *conſ.* 29. *num.* 67.

VI. Educatio nihilominus privignorum, mariti teſtamento novercæ conceſſa admittitur, Peregrinus *deciſ.* 28. *num.* 8. Marius Giurba *ad Conſuet. Meſſan. part.* 1. *c.* 7. *gl.* 7. *nu.* 10. niſi ex circumſtantiis eandem ſuſpectam & minus utilem privigno apud novercam judex repererit,

prout

prout de facto reſpondit Tiberius Decianus *vol. 2. reſp. 93.*

VII. Sicuti autem teſtamento patris educatio novercæ committitur, ita etiam vitricus ſupremis uxoris tabulis educator & tutor conſtitui poteſt; à matre enim tutor teſtamento nominatus vitricus prætoris decreto admittitur, dummodo malitiæ ceſſet præſumptio, Guitierrez *de tutel. part. 1. c. 8. num. 67.* Paſchalius *de virib. patr. poteſt. part. 3. c. 10. num. 25.* Maſtrillus *deciſ. 6. num. 36.* Prævalet hic ubique Tryphonini de confirmando tutore ſententia, *Utilitatem*, inquit, *pupillorum Prætor ſequitur, non ſcripturam teſtamenti vel codicillorum l. 10. π. de confirmand. tutor.*

VIII. Mater denique à marito etiam in caſum ſecundarum nuptiarum tutrix deſignari non prohibetur, ſi expreſsè teſtamento ſic diſpoſuerit, *poſt Guitierrez & Guid. Papæum* Zoeſius *π de teſtam. tutel. num. 12. circa fin.* Quamvis nihil pro tutelâ aut in tutelæ cauſam queat agere ſine vitrici licentiâ aut conſenſu, Chaſſanæus *ad Conſ. Burgund. Rubr. 4. §. 1. num. 21. & 24.* Alphonſ. de Azevedo *ad Conſtit. Hiſpan. lib. 5. tit. 9. leg. 8. num. 3.* Quod ſi mater tutrix cum ſecundo marito aliorſum demigret, denegari poſſe privigni tranſportationem, deciſum refert Maſtrillus *deciſ. 235.*

SECTIO I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

SECTIO I.

De Tranſactione ſeu hæreditatis redemptione.

I. *An jure protopraxias liberi gaudeant, ſi quid ultra portionem verè debitam pater in tranſactione promiſerit?*

II. *Creditoribus incumbit fraudis probatio.*

III. *Quid ſi in damnum liberorum prioris thori tendat promiſſio?*

IV. *An promiſſa quantitas teſtibus probari poſſit.*

V. *An legalis hypotheca in bonis vitrici aut novercæ obtineat.*

VI. *An ordinis aut excuſſionis exceptio hic admittatur.*

VII. *An in feudis vitrici locum habeat hypotheca.*

VIII. *De alimentis ultra ſortem in tranſactione adjectis.*

IX. *An morte promiſſoris extinguatur alimentatio.*

X. *Quid ſi privigni extra paternas ædes alimenta perceperint, an intereſſe aut uſuræ competant.*

XI. *An pro æris alieni liberatione jus protopraxiæ concedatur.*

I.

L² 816-15

DUm ſuperſtes cum liberorum tutoribus tranſigit, ſuper eo, quod maternæ hære- ditatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ditatis jure debetur, legalis hypotheca pro conventionis adimpletione ſuppetit, ſi non in fraudem nimium promiſſum fuerit: quo caſu jure protopraxias liberi non utuntur, ubi cum paternis creditoribus diſceptandum eſt, Mevius *ad Ius Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 33. *num.* 80. 81. *&* 195. Refert præjudicium Carpzovius *Reſponſ. Iur. Elector. lib.* 4. *tit.* 3. *reſp.* 22. *num.* 12. *& ſeqq.* quo deciſum fuit liberos prioris matrimonii de protopraxiâ cum novercâ contendentes audiendos non eſſe, niſi quatenus aſſignatio per patrem facta verè debitam portionem non excederet.

II. Militat tamen pro tranſactione ſeu aſſignatione veri præſumptio, rejecto in adverſarios contrarium probandi onere, ut & conſilium & eventum nocendi demonſtrent, Mevius *ad Ius Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 33. *num.* 82. Inſpecto ſcilicet aſſignationis tempore, conſideratâ perſonarum qualitate, promiſſæ pecuniæ quantitate perpensâ, Zans *de diviſ. bonor. lib.* 1. *c.* 9. *num.* 21. Si enim longius ex liberalitate aſcenderit promiſſio, non tamen annullanda eſt, ſi aſſignantis conditio qualitaſque tunc temporis illud ipſum paterentur, licet poſtmodum defecerit. Sin vero labi ſeſe facultatibus ſentiens parens idem factitaverit, ultra maternam hæreditatem non ſubſiſtit gratificatoria tranſactio, Carpzov. *d. reſponſ.* 22. *num.* 12. *& ſeqq.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

L² 722-37

III. Quatenus vero liberos prioris ſequentiſq; thori ſpectat fraudulenta ſeparatio, non infringi eandem bis judicatum refert Mevius *d. art.* 33. *num.* 182. Tutior vero æquiorque ſententia eſt, ut quantum bona materna excedit aſſignatio, tantum ex merâ liberalitate profluxiſſe cenſeatur, eum equidem in finem, ut inofficioſæ donationis querela poſtea genitis ſubveniat, ad computandam ex illo ſuperfluo legitimam, quam opinionem laudat idem Mevius *d. loc. num.* 192. *& ſeqq.*

IV. Sed num, amiſſo tranſactionis inſtrumento, aſſignata quantitas per teſtes probari poterit, & ſufficienter ſummam teſtimoniis demonſtrari Curia judicavit, dummodo legitimam hujuſmodi conventionem interveniſſe ſeu exſtitiſſe pateat, & cum depoſitionibus circumſtantiæ non leves de parentis patrimonio ejuſque viribus concurrant. 2. *April.* 1664. *in causâ liberorum Harmanni Præyt.*

V. Competit autem privignis etiam in vitrici novercæve bonis hoc nomine legalis hypotheca, etiamſi ante ſecundas nuptias, redditis adminiſtrationis rationibus, interceſſerit hæc hæreditatis redemptio. Quod quidem conſuetudinariæ ſocietati ex moribus tribuendum eſt, cum jure civili nullus ex privilegio hic prælationi detur locus, Modeſtin. Piſtoris *part.* 1. *quæſt.* 4. Mevius *ad Ius Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 31.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

art. 31. *num.* 7. Sande *lib.* 3. *tit.* 12. *def.* 2. niſi aliqualis vitrici adminiſtratio concurrat, uti caſus extat *inter Conſultationes Saxonicas lib.* 1. *quæſt.* 13.

VI. Eo vero uſque procedit hæc debitorum communicatio, ut nullo ordine ſervato, matre non excuſsâ, pro electionis ſuæ arbitrio, vitricum ejuſque bona privigni convenire queant, & reliquis creditoribus jure legalis hypothecæ præferri; modo illis, qui expreſſam in iis hypothecam coram lege loci legitimè conſecuti ſunt, actiones ſuas privigni cedant adverſus reliquos vitrici creditores, ut deciſum eſt, 2° *Aprilis* 1664. *inter privignos Martini tZuynſliffer & Gerardum van Dijck.* Exiſtimat quidem Merlinus *de pignorib. & hypothec. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 37. *nu.* 5. *poſt ibid. allegat.* excuſſis demum parentis bonis vitricum in ſubſidium obligari. Verum alia apud nos, quam jure civili, decidendi ratio eſt: legalis hypotheca, quæ bona materna afficit, vitrici quoque facultates per nuptias ex conſuetudine comprehendit.

VII. Idque non tantum in allodialibus, ſed in feudalibus quoque obtinet, liberique ex causâ aſſignatæ portionis in feudo vitrici præferri ſolent, dummodo actiones ſuas, uti ſuperius dictum eſt, ei cedant, cui in iis coram domino feudi expreſſum jus hypothecæ acquiſitum fuit: ita judicatum 2° *April.* 1664. *in d. causâ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

liberorum Harmanni Præyt. Tacita enim hypotheca etiam in feudis noſtris recepta eſt, uti aliquoties Curia declaravit.

VIII. Ultra promiſſam quantitatem educationis onus plerumque parens in ſe ſuſcipit pro fructibus, ſalvâ ſorte liberorum. Mornac. *ad l.* 15. *C. de negot. Geſt.* quo caſu ſi quid ex opificio, aut aliter iidem lucrentur, ad diminutionem ſuſcepti debiti cedit. Fructus vero ex hæreditate ipſis aliunde delatâ, niſi in ſtipulationem deducti, non veniunt. Quod ſi ratio ſuppetit, quæ judicem moveat, ut ex circumſtantiis huic conventioni ſuccurrendum arbitretur, etiam fructus concedendi ſunt, ita deciſum 26. *October* 1663. *inter tutores Arnoldi Waſman ejuſque vitricum.* Idem cautum eſt Conſtitutione pupillari Alckmarianâ *tit.* 4. *art.* 4. & Brielanâ *art.* 61.

IX. Sed num alimentandi hæc conditio etiam Novercam marito prædefuncto obligabit? Medioburgi, Delphis, aliiſque in locis conſtitutum eſt morte promiſſoris exſpirare alendi promiſſionem, neque inde novercam obligari, *Weeskeur. van Middelburch art.*23. Delft *art.*12. Groeneweg. *ad l.*15. ππ *de Alim. vel Cibar. legat. num.* 2. niſi præter bonorum fructus in diviſione hæreditatis aut tranſactione pater quid perceperit, quod educationis oneri æquipolleat, *Conſult. IC. Batavor. part.* 1. *Conſ.* 46. Si quid pro

pro alimentis datum ſit, etiam hæredem teneri reſpondit JCtus *in d. l.* 15. ff *de Aliment. & Cibar. legat.* Expreſſam autem contrahentium mentem circa educationem poſt mortem promiſſoris continuandam alii exigunt, *Weeskeur van Rotterdam, art.* 37. Sunt qui novercæ arbitrio relinquunt, num tranſactioni per maritum initæ parere eligat: an vero bona, quæ ceſſante tranſactione liberis competerent, iiſdem velit cedere, *Coſtuymen van Antwerpen tit.* 43. *art.* 32. *Weeskeur. vanden Briell tit.* 4. *art.* 60. Apud alios denique privigni ex communibus bonis tantum præ novercâ capiunt, quantum pro perſonarum qualitate & conditione pupillaris Magiſtratus ad educationis impletionem neceſſarium arbitretur, *Weeskeur. van Leyden art.* 28. *Alckmaer tit.* 4. *art.* 3. Rectius novercam ex alimentario pacto generaliter obligari dixeris. Ad alimenta quidem per matrimonium non adſtringitur, quæ officio judicis debita cum patris perſonâ exſpirant; verum ea, quæ ex legitimâ conventione ſeu pacto procedunt, ſuperſtiti quoque, extincto conjuge, præſtanda incumbunt. Etiam fidejuſſorem ex hujuſmodi contractu ad alimenta Curia condemnavit, modo fructus ex bonis tranſactione comprehenſis eidem in ſolatium cederent. 30. *Iulii* 1664. *in causâ van Ian Cornelisſz. Block Impetrant contra Aert vanden Sande cum ſocio gedaegde.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

X. Sed quid ſi liberi aliquo tempore extra maternas ædes citra vitrici onus alimenta conſecuti ſint, cum educationem pro fructibus parens in ſe ſuſceperit? bis Curia judicavit *in d. cauſa liberorum Harmanni Præyt, & in alterâ Gerardi van Dijck*, non ſolum in bonis vitrici quoad ſummam tranſactione promiſſam privignos reliquis creditoribus præferri, ſed etiam quoad uſuras, licet in ſtipulationem non deductas, ex quo iidem ædibus alimentiſque vitrici non fuerint uſi. Ita etiam inter ſupra memoratas Conſultationes Saxonicas *lib.* 1. *quæſt.* 148. vitricus qui conduxerat privignorum agros annuâ mercede, adjecto alimentandi onere, ad intereſſe condemnatus legitur pro eo tempore, quo apud avum fuiſſent educati.

XI. Competit etiam liberis legalis hypotheca pro debitorum communium liberatione, quorum onus in hæreditatis redemptione ut plurimum in ſuperſtitem parentem rejicitur, promiſsâ liberis abſque æris alieni periculo certâ quantitate: hæc enim conditio pars pretii eſt, eoque major foret promiſſa quantitas, ſi liberorum etiam perſonis indiviſa debitorum moles incumberet. Illud quidem verum eſt creditorum cauſam hâc conventione non immutari, quo minus liberos matris hæredes poſtmodum conveniant: res enim inter alios acta aliis non præjudicat. *l.* 25. *C. de Pact.* neque hæ-

res

res eſſe deſinit, qui hæreditatem vendidit. *l.* 4. §. *ult.* π *Si quis omiſsâ cauſ. teſtam.* Verum ceſsâ hoc caſu poſt ſolutionem actione jure legalis hypothecæ & protopraxias inter creditores repetunt, ſi quid hoc modo ab iiſdem expenſum fuit; ita Curia cenſuit *inter creditores Gerardi à Mehem* 18. *December* 1665.

CAPUT VI.

De Continuatâ cum liberis ſocietate.

I. *Mortuo uno ex conjugibus tacitè continuatur ſocietas cum liberis.*

II. *An debita Novercæ per hanc ſocietatem privignis communicentur.*

III. *Quomodo privigni cum Novercâ hoc caſu hæreditatem dividant.*

I

ACcidit quandoque ut parens ſuperſtes ad ſecunda vota convolet, antequam ſeparationem cum liberis inſtituerit, ita ut inter ipſos ſocietas remaneat, quæ moribus noſtris inter conjuges ſemel inita cum liberis primi matrimonii continuata cenſetur, Stat. Ultraj. *Rubr.* 23. *art.* 4. Garſias *de acquæſt. conjug. num.* 55. Petr. Zans *de diviſ. bonor. lib.* 2. *c.* 15. Niſi per actus communioni contrarios ab eâ receſ-

ſum fuerit, ſcilicet aut per bonorum diviſionem, aut per tranſactionem ſuper jacente ſeu delatâ hæreditate inſtitutam, quæ inſpecto prius inventario de jure demum valida eſt, Mornac. & Coſtal. *ad l. 6 π̄ de tranſact.* Pyrrhus Englebermius *ad Conſ. Aurel. tit.* 10. *c.* 3.

II. Licet autem ea ſocietas continuetur, & debita per novercam anteà contracta per matrimonii conſortium marito ejuſque patrimonio fiant communia; minimè tamen ea liberis prioris thori imputanda ſunt: communio enim illa, & ſocietatis tacita continuatio in liberorum gratiam & favorem inventa eſt, eaque coërcendis parentum fraudibus præcipuè inſervit, proviſum enim fuit per hoc pupillis, ne quid detrimenti eorum rebus inferatur. Dum inventarium nondum exhibitum eſt, incerta manet patrimonii aut hæreditatis quantitas, quam facile arrodere in poteſtate maligni parentis foret poſitum, quoniam in litem jusjurandum deferri non ſolet contra patrem vel matrem, ſi inventarii confectionem ſuperſtes omiſerit, eleganter Mornac. *ad l.* 64. *π̄ pro ſocio.* Nec alia etiam legiſlatoris mens fuit, quam ut ea ſolummodo communicentur in hac ſocietate, quæ ratione rei ſeu bonorum, non quæ perſonæ obveniunt, Stat. Ultraj. *Rub.* 28. *art.* 5. & ad acquæſtum maximè dirigitur, tanquam ex bonis communibus proficiſcentem (*als metter gemeene have*

verkre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

verkregen Rubr. 23. *art.* 4.) Placuit igitur bona eorumque acceſſiones & decrementa, non vero contractus aut damnoſas conventiones communioni cedere, Grotius *in manud. lib.* 2. *part.* 13. Renovatio illa, & continuata ſocietas intelligitur cum liberorum utilitate, Valaſc. *conſul.* 63. *num.* 11. Gillet. *de Tutel. c.* 26. non ſi quid matris libidine, aut amore non ſatis utili, peccatum fuerit. Statutum pupillis beneficium juris Romani non intercludit, quod morte ſocietatem diremptam pronunciat, §. 5. *Inſt. de Societ. l.* 4. §. 1. *l.* 52. §. 9. *l.* 60. *l.* 63. §. 8. *&* 10. *l.* 65. §. 9. *π̃ pro ſocio.* Sande *lib.* 2. *tit.* 5. *def.* 9. Sed pinguius aliquod privilegium largitur liberis, quod contra favoris rationem in odium ipſorum detorqueri non debet. Aliorum mores & ſtatuta neceſſitatem parenti injungunt dividendi cum liberis bona, & ſocietatem dirimendi, antequam ad ſecundas nuptias convolandi poteſtas eidem concedatur, *Coſtuymen van Deventer part.* 3. *tit.* 1. *art.* 12. Daſſel. *ad Conſ. Luneb. art.* 1. *num.* 26. Mevius *ad jus Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *num.* 7. *& ſeqq.* ubi conſonantes Conſuetudines adducit. Hinc duplex remedium liberis prioris matrimonii alii concedunt in tacitâ ſocietatis continuatione, ut vel communionem & ſocietatem bonorum agnoſcant, ſi ea utilis futura ſit, & bona plurimum accreverint: aut ſi damnoſa judicetur ſocietas, & diſpendium ſecum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

trahat, quia diminutum forſan eſt patrimonium, tunc per juramentum in litem liceat liberis bona materna aut paterna æſtimare, quod in hiſce concedunt, ita ut detur electio, an continuationem ſocietatis liberi velint eligere, vel eandem malint repudiare, Argentr. *ad Conſ. Britann. art.* 418. *gloſſ.* 5. *in med.* eaque opinio juri & rectæ rationi conformis eſt, ſi ullo modo fraudis ſuſpicio verſetur. Extat Curiæ Ultrajectinæ arreſtum latum 20. *Decembris* 1656. *in causâ tutorum pupilli Ioannis vande Poel ejusque vitrici,* quo declaratum fuit, tacitam interceſſiſſe ex ſtatuto ſocietatem, ſi ea pupillo utilis foret; non vero ſi quid damni per ſecunda vota acciderit: ſeu in lucro eſſe ſocietatem, non vero in damno.

III. Maximè de eo dubitatum eſt, ſi defuncto patre, & ex ſecundo matrimonio liberis ſuperſtitibus cum novercâ communis hæreditas erciſcunda fuerit, ubi ſcilicet pater tacitè continuatâ cum liberis ſocietate, & nondum diviſo patrimonio ad ſecundas nuptias convolavit. Certi juris eſt, quod ſocii mei ſocius meus ſocius non ſit, *l.* 19. *π pro ſocio. l.* 47. §. 1. *π de Reg. Iur.* unde ſequitur, quod vix dici poſſit privignos contra novercam proprio nomine jure ſocietatis eſſe uſuros: nec enim contracto ſecundo matrimonio duplex diſtincta ſocietas; una cum patre, altera cum liberis novercæ intercedit: ſed ſimplex tantum ex causâ conjugis oritur communio:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

munio: diverſitas perſonarum ſocietatem non multiplicat, præſertim ubi ratione bonorum ea contrahitur. Manet hic quidem ſocietas inter patrem liberosque vi ſtatuti introducta: ſed quoniam ea novercæ cum privignis nunquam interceſſit, nec ex alio capite cum eâ contrahant, quæ nunquam adfuit ſocietas, conſiderari non poteſt. Nec eſt quod quis regerat, etiam tacitè omnium bonorum ſocietatem contrahi, *arg. l.2.π̃ de oblig.& act.* Mantic. *de tacit.& ambig.convent. lib.* 5. *tit.* 9. eamque ſolummodo rationem axiomatis illius, quod ſocii mei ſocius ſocius meus non ſit, à Juriſconſulto afferri, quod invito ſocius nemo obtrudatur. *d.l.* 19. *π̃ pro ſocio*. Quod in novercâ hoc caſu ceſſat: cum enim cum patre contrahendo cum liberis cohabitat, fructusque ex bonis liberorum maternis percepti non tantum ſocietatem ingrediuntur, ſed & tota liberorum ſors cum ſecundâ conjuge, nec eâ invitâ communicatur; tacitè non minus cum liberis, quam cum patre, ſocietatem contraxiſſe videri poteſt. Verum non tacitus conjugum conſenſus, ſed ſtatutum communionem operatur: quod cum de marito & uxore loquitur, liberorum cauſam non comprehendit. Unde à Renato Choppino *ad Leg. And. lib.*3. *cap.*2. *tit.* 2. *nu.*10. rectè traditum eſt, tacitæ ſocietatis continuationem inter novercam, aut vitricum & privignos nunquam admitti, aut poſt mortem parentis

rentis ex conſuetudine introduci, contrà quam in vero parente & liberis ex Statut. Ultraject. *Rubr.* 23. *art.* 4. ſervatur. Et generaliter quidem à D. D. traditum eſt, quod contractâ cum patre ejusque filiis ſocietate non in tres, ſed in duas partes quæſita dividi debeant, unde unam dimidiam lucri damnive pater cum filiis, alteram dimidiam ſocius conſequatur, Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *c.* 18. *num.* 28. eo fundamento, quod in toto jure noſtro ante ſeparationem pater & filius pro unâ eâdemque perſonâ habeantur. *l. ult. C. de impub. & al. ſubſtit.* eamque ſententiam latius confirmat Hector Felic. *de Societ. c.* 6. *num.* 7. *&* 8. Rectius itaque in duos ſemiſſes dividenda erit hæreditas, unde unam partem noverca auferat, alteram liberi primi matrimonii capiant; ſed hi non totam cum proprietate ſibi vendicabunt, verum ſemiſſem ſuum divident, & dimidium ejus primo ſocietatis ratione, quæ cum patre fuit, deducendum iis erit, reliquum autem quod ſupereſt cum liberis ſecundi matrimonii jure paternæ ſucceſſionis æqualiter diviſuri ſunt, quod Senatui Pariſienſi placuiſſe ex Joanne Lucio refert Coſtalius *ad d. l.* 19. *π̃ pro ſocio.* Joan. Papon. *lib.* 15. *tit.* 2. *arreſt.* 7. Quod ſi liberos cum novercâ ex proprio capite ſocietatem habuiſſe cenſeremus, in tres partes patrimonium dividendum foret, trientem novercæ, tantundem privignis,

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ę reliquum utriusque matrimonii liberis com-
nune aſſignando. Et hæc quidem dicenda ſunt,
bi non nimia inter contrahentes bonorum in-
equalitas fuit, quæ ſi adfuiſſe probabitur, cauſa
potius per judicem definienda erit, aut boni vi-
i arbitrio dirimenda cententio. Lambert. Goris
adverſ. tract. 1. *c.* 9. *num.* 15. confer Munnos de
Eſcobar *de ratiocin. tom.* 2. *cap.* 9. *num.* 5. quo
etiam ea pertinent, quæ numero præcedenti
diſcuſſimus. Aut alioquin contra tutores pu-
pillis actio ad intereſſe concedenda foret, quod
diviſionem bonorum ante ſecundas nuptias cum
patre non inſtituerint, ſi damnoſa ipſis fuerit ſe-
cundi matrimonii inæqualitas.

SECTIO I.

I. *An ad liberos majores pertineat ſocietatis continuatio.*

II. *An ſi matrimonium contraxerint, dotem perceperint aut ſeorſim habitent.*

III. *An fructus ſeu uſuræ unà cum dote hic conferendi ſint.*

IV. *Si dos non ſit minor hæreditarià portione, an continuabitur ſocietas?*

V. *An mortuo parente binubo cum novercà prorogabitur?*

VI. *An liberis detur electio eandem admittendi vel repudiandi.*

An

VII. *An ad certum tempus, aut pro parte eligere poſſint continuationem.*

VIII. *An bona vitrici per eandem communicentur privignis.*

IX. *An hæreditates, aut legata ſub eâdem comprehendantur.*

X. *An quod in eâ non includitur, cum fructibus præcipiatur.*

XI. *Quomodo liberorum perſonæ hic numerari ſoleant.*

XII. *An jus primogenituræ hic locum habeat.*

XIII. *An extra territorium ſe extendat ſocietatis prorogatio.*

XIV. *An eadem circa alienationes maneat ſuperſtitis authoritas.*

XV. *Quid apud nos receptum ſit.*

XVI. *An liberis obſint, quæ in judicio ſeu lite à ſuperſtite acta ſunt.*

XVII. *An adverſus ſententiam liberi hoc caſu reſtitui poſſint.*

XVIII. *Quid de ſumptibus ſtudiorum, libris, aliiſque expenſis dicendum ſit.*

I.

SOcietatis continuationem plerique ex favore minorennium liberorum deducunt, ut in tenerâ ætate adverſus nupturientis fraudes & bonorum convaſationes protegi queant, Charond. *ad Conſ. Pariſ. art.* 243. Gillet. *de Tutel. cap.* 26. Unde

 6-1

Unde plurimi ceſſare hanc prorogationem cenſuerunt, ſi vigeſimum quintum annum liberi fuerint egreſſi, quorum ſententiam laudat Mornacius *ad l. ult. π de Divort. & Repud.* adducto in eam rem argumento ex *l. 87. §. 1. π de Legat. 2.* Suffragari videtur ratio, quod majoribus licuerit urgere bonorum ſeparationem, ſibique imputandum habeant, quod in diviſionis poſtulatione cautius non fuerint verſati. Quâ de cauſa Conchylius *ad Conſ. Nivern. tit. de Communion. art. 4. verſ. ſecundo.* eam in ſtatutis his interpretationem admittendam ſuadet, ſi ſcilicet liberi minores fuerint, aut abſentes. Cui non diſſimile eſt Noviomagenſe decretum à Goriſio *in not. ad. cap. 9. tract. 1.* relatum. Et non paucas conſtitutiones repereris, quæ minorum hoc caſu utantur vocabulo. Rectius tamen generaliter in majorum quoque favorem accipienda eſt legalis continuatio: quod & uſus apud nos hactenus ſervavit; nulla enim ætatis definitio ſolvendæ ſocietati à ſtatuto præſcribitur; præterquam quod in majores quoque quadret ejuſdem ratio.

II. Sed quid ſi liberi matrimonium contrahant, dotem percipiant, ſeorſim habitent, & extra patriam poteſtatem ſint poſiti? & ne quidem hiſce caſibus removenda eſt ſocietatis continuatio: quanquam haſce controverſias in utramque partem diviſis peritiſſimorum Juriſconſul-

conſultorum ſententiis ſæpius diſputatas, & arbitrali quandoque judicio diremptas narrat Mornacius *ad l. ult. ff. de Divort. & Repud.* qui in contrariam etiam opinionem inclinat ſecutus Molinæum *ad Conſ. Borbon. art.* 270. *&* Choppinum *de morib. Pariſ. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 31. Idem docet Conchylius *ad Conſ. Nivern. d. art.* 4. *in fin.* addens iniquum fore, filium ratione ſocietatis cum patre lucri participem eſſe; patrem autem in acquiſitis per filium portionem nullam conſequi. Cum tamen hoſce dirimendæ ſocietatis modos noſtræ conſuetudines haud agnoſcant, ex divinatoriâ æquitate eoſdem adjicere non licet; idem docet & judicatum refert ex *Papone* & *Bacquetio* Lambertus Goris *tract.* 1. *c.* 9. *num.* 11. Alia etiam arreſta in caſu matrimonii & majorennitatis in contrarium collegit ipſe Mornacius *d. loc.* quæ ſe demum reperiſſe & obſervaſſe teſtatur, poſtquam ſua in lucem prodiiſſent, contra Molinæi ac Choppini opiniones, editione alterâ, quam Franciſcus Pinſſonius adornavit.

III. Dum vero ſocietatem ex conceſſâ dote aut liberalitate in liberos collatâ non ſolvi ſtatuimus, illud tamen reſervamus, liberos dotem ſeu alias liberalitates, quas in ſucceſſionis anticipationem parens dederit, in ſocietatis maſſam conferre teneri, & quidem cum uſuris & fructibus, uti docet Claudius Guerinus, *ad Ius Civil.* *Pariſ.*

Pariſ. §. 241. *in fin.* Neque rectè mihi diſſentire viſus eſt Loëtii commentator Brodæus *ad lit. C. num.* 30. qui liberos ad uſurarum aut fructuum collationem cogendos non eſſe cenſuit. Verum durius foret filium ex rebus communibus fructus percipere; patrem vero de bonis ex ſocietate ſubductis & in filium collatis, alimentorum ratione, ſaltem conſideratâ fructus habere nullos.

IV. Si itaque parens ſuperſtes tantum filiæ in dotem conceſſerit, ut ſperandum amplius ex delata ſibi matris hæreditate nihil habeat, peremptâ jam ſorte, ſocietatis continuatio non admittitur, Zans *de diviſ. bonor. lib.* 2. *c.* 7. *num.* 4. aut ſaltem ex uſurarum ſeu fructuum unà cum ſorte collatione evaneſcet dotatę poſtulatio. Communibus equidem bonis, uti loquitur Civica Conſtitutio, nihil acquiſitum hic dici poteſt, cum ſuam modo portionem filia præceperit, nihilque commune ſuperſit amplius. In dubio autem de filiæ patrimonio dos à ſuperſtite cenſebitur conſtituta, uti receptum ſcribit Covarruv. *variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 3. *verſ. ex quo infertur.* Tulden. *ad tit. C. de dot. promiſſ. num.* 6. Groeneweg. *ad l. ult. C. de dot. promiſſ.* Vinnius *lib.* 2. *quæſt. illuſtr. cap.* 14. *in fin.* Baëzia *de non melior. dot. ration. filiab. c.* 11. *num.* 111. *& ſeqq. latiſſime.*

V. De parente liberiſque *ſuis* loquitur ſtatutum, unde abſque difficultate elucet, parente

mortuo cum novercâ ſocietatem non continuari; ſocii mei ſocius meus ſocius non eſt. *l.* 19. *π pro Soc. l.* 47. §. 1. *π de Reg. Iur.* Societatis itaque, quæ nunquam interceſſit, continuatio dici nequit, aut poſt mortem parentis inter novercam privignosque admitti, Choppinus *ad Leg. And. lib.* 3. *c.* 2. *tit.* 2. *num.* 10. Charondas *lib.* 7. *reſp.* 52. Mevius *ad Ius Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 5. *num.* 17. Uti etiam nuperrimè Curia judicavit inter vitricum privignumque mortuâ matre ſocietatem non continuari, 19. *September* 1664. *in causâ van Everard Nelmans Impetrant, ende Hendrick Schepman Gedaeghde.* adeo ut liberi bona ſolummodo paterna maternaque, una cum intereſſe & fructibus petendi jus habeant, uti ſentit Bacquetius *de Iuſtic. cap.* 15. *num.* 19.

VI. Quoties porro ſocietatis continuatio admittitur, non æque liberos, uti parentes adſtringit. In ipſorum arbitrio poſitum eſt, num communionem velint admittere, an vero rationum redditionem exigere, ne quod in favorem conſtitutum eſt, fortaſſis in læſionem redundet: quam interpretationem plerique ex legali æquitate introduxerunt, Charond. *ad Conſ. Pariſ. art.* 243. Molinæus *ad Conſ. Victriac. art.* 45. & *ad Conſ. Chalon. art.* 61. Conchylius *ad Conſ. Nivern. tit. de Communion. art.* 4. *in princ.* Argentr. *ad Conſ. Britann. art.* 418. *gl.* 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

gl. 5. *in fin.* Chriſtin. *ad Leg. Mechlin. tit.* 16. *art.* 34. *num.* 10. Gillet. *de Tutel. cap.* 26. Nonnullæ etiam conſuetudines expreſſis verbis optionem tribuunt, Pariſ. *art.* 241. Pictavienſ. *art.* 236. Antverpienſ. *tit.* 41. *art.* 93.

VII. Quæſitum fuit num liberi pro parte, aut ad certum tempus poſſint eligere, ſeu admittere hanc continuationem, in reliquo vero repudiare. Rectius negativa ſententia Bacquetio *de Juſtic. cap.* 15. *num.* 28. placuit. Societatis continuatio, veluti hæreditatis aditio, individua eſt, Ripa *de Divid. & Individ. ſect.* 22. *num.* 1. Qui totam hæreditatem acquirere poteſt, is pro parte eam ſcindendo acquirere non poteſt, inquit Paulus *in l.* 1. *π de acq. hæredit.* cui ſubjicit Ulpianus *in l.* 2. *ibid.* non poteſt quaſdam partes repudiare, quaſdam agnoſcere.

VIII. Quantum autem ad bona vitrici attinet, eadem tacitam ſocietatem non ingrediuntur, ſed uxori ſolummodo communicantur. Quas equidem patrimoniorum diviſiones habent & explicant Petrus Rath *ad Conſ. Pictav. art.* 234. *gl.* 3. Renat. Choppin. *de Morib. Pariſ. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 32. Vidus Conchylius *ad Conſ. Nivern. d. art.* 4. Joan. Imbert. *in Enchirid. Iur. Gallic. verb. Societas.* Paul. Buſius *ad l.* 19. *π pro Soc.* Lambert. Goris *tract.* 1. *c.* 9. *in not.* quaſque ſupra retulimus, eædem in bonorum confuſione intelligendæ ſunt. Societatis enim pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

rogatio vires non porrigit ad ea, quæ ſecundus maritus, cum liberorum matrem duceret, jure ſuo ſeorſim & abſque confuſione tenuit, Charond. *lib.7.reſp.* 52. Nicolaus Henelius *de jur. dotalit. in mantiſſ. de Communion. bonor. verſ. at vero.* Simon à Leeuwen *in Cenſur. Forenſ. lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 26.

IX. Deinde non omnibus eſt eadem continuatæ ſocietatis ratio: quibuſdam laxior, aliis vero reſtrictior, ejus placet conſideratio; quoad mobilia & acquæſtus nonnulli eam admittunt, ab immobilibus vero removent. Alii quoad fructus tantummodo, non vero quoad res agnoſcunt; alii etiam quoad perſonas differentiam ponunt, inter nobiles & plebeios diſtinguendo. Plurimarum Hollandiæ urbium mores nihil ab hâc ſocietatè eximunt, licet vel ex ſucceſſione ſeu ex teſtamento, ſeu ab inteſtato acquiratur, uti longâ ſerie enumerat Groenewegius *in not. ad Grot. manuduct. lib.* 2. *part.* 13. *num.* 3. Hæreditates etiam nondum acquiſitas, ſi modo peti potuerunt, debita itidem conditionalia, quorumque dies nondum ceſſit, huic ſocietati ſubjicit Mevius *ad Ius Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 16. *num.* 5. *& ſeqq.* Noſtræ vero Conſuetudines eo uſque hanc continuationem non extendunt; hæreditates, donationes aut legata non includimus, *Statut. Ultraject. Rubr.* 23. *art.* 4. *& Rubr.* 28. *art.* 5. idque pleriſque aliarum gentium moribus;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

 6-1
ribus, ubi obtinet hæc prorogatio, convenit, *uti poſt Zypæum, Buſium, Sandium* docet Groenewegius *d. l. num.*3. In quam ſententiam Papiniani reſponſum *in l.* 52. §. 6. *π pro Soc.* adducit Nicolaus Henelius, *d. loc. verſ. ſicut.*

X. Hæreditas itaque ſic delata præcipitur. Verum de fructibus inde perceptis dubitari poſſet. Illud demum ſocietate per mortem diſſolutâ communicatur, quod ex re communi perceptum fuit, *l.*65.§.9. *π pro Soc.* Sed rectius Tranſiſalani delatæ hæreditatis fructus in communionem hanc adigunt, licet ſucceſſiones ab eâdem excipiant, *Landtrecht van Overyſſel, part.*2.*tit.*2. §.15. Similiter apud nos ſocietatis hæc continuatio, non malè acqueſtuum communicatio cenſeri poterit. Acquæſtus autem verbo fructus comprehendi notiſſimum eſt, etiamſi percepti fuerint ex iis rebus, quæ extra conjugalem ſocietatem ſeu communionem remanſerunt. Nuſquam etiam ſtatutum noſtrum delatæ hæreditatis fructus ab hâc communione eximit; ſed corpus hæreditatis ſolummodo expreſſis verbis extra communionem poni voluit, ut ex ipſo ſtatuto *Rubr.* 23. *art.* 4. clarius pateſcit; ubi ea enarrantur, quæ continuatâ ſocietate non comprehenduntur. L. 52-29

XI. In quibus bonis tacita ſocietas obtinet, non liberorum perſonæ numerantur, ſed pro unâ habentur, quam repræſentant, licet plures L. 55-33

 exti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

extiterint, pariter & in lucro percipiendo, & in ære alieno perſolvendo, Charond. *ad Conſ. Pariſ. art.* 243. Conchylius *in Inſt. Iur. Gall. tit. de Communion.* Si forſitan moriente patre tres quatuorve ſuperfuerint, poſtmodum fato ad unum redacti: poſtremus vi tacitæ ſocietatis tantum capiet, quantum omnes vivi habuiſſent, uti ſentiunt Petr. Rath. *ad Conſ. Pictav. art.* 237. *gl.* 1. Molinæus *ad Conſ. Aurelianenſ. art.* 182. Choppin. *de Morib. Pariſ. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 31. *&* 32. Charond. *in Pandect. Iur. Gall. lib.* 2. *cap.* 6. Quæ tamen doctrina noſtratibus non convenit, quorum moribus in prorogatâ ſocietate hæreditas non includitur. Non enim jam liberis, aut communioni defuncti fratris portio accreſcit, ſed ſucceſſionis titulo apud nos parens præcipit, quæ ex filii morte ſtatutum ei defert, Boërius *ad Conſ. Bituric. tit.* 11. §. 4. *verſ. ſed quid retentis.*

XII. In iis, quæ vi continuatæ ſocietatis deferuntur, jus primogenituræ non admitti notat Molinæus *ad Conſ. Aurelian, d.* §. 182. quem ſequitur Claudius Guerinus *ad Ius Civil. Pariſ.* §. 243. cum ex titulo & capite ſocietatis ad liberos generaliter pertineant, non vero jure hæreditario percipiantur; idem docent Brodæus *ad Loëtium lit. d. num.* 44. *in princ.* & Bacquetius *de Iuſtic. cap.* 15. *num.* 22.

XIII. Bona vero non tantum in hâc Diœceſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ceſi ſita, ſed ubicunque, complectitur hæc prorogatio. Parum autem refert num vi ſtatuti tacita hic fiat communio, an vero actione ad communicandum ex ſtatuto oriundâ in ſocietatem hujuſmodi bona deducantur, dummodo eodem effectu, remotâ fraude, liberi gaudeant, Chriſtin. *ad Leg. Mechlin. tit.* 16. *art.* 34. *in additam. verſ. ſed quid ſi. poſt Charond. & Papon allegat.*

XIV. Tanta autem patri in tacitâ ſocietate non eſt auctoritas, quanta vivente conjuge fuerit: cum non eadem prorogandæ, quæ inchoandæ ſocietatis hic adſit ratio, Choppin. *ad Leg. And. lib.* 3. *tit.* 2. *c.* 2. *num.* 9. *in med.* Alia maritalis in uxorem poteſtas eſt, alia paterna in liberos auctoritas: uxor ex mariti contractu ipſo jure obligatur: liberos vero parentis contractus non obligat, niſi hæredes. Bonorum itaque alienationes ſtatuti favor in præjudicium liberorum non admittit, Choppin. *de Morib. Pariſ lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 33. *circ. fin.* Judicavit Pariſienſis Curia eas ſolummodo valere alienationes, quas in utilitatem, & pro actibus continuatæ ſocietatis feciſſet pater, ſententiam enarrat Chaſſanæus *ad Conſ. Burgund. Rubr.* 4. §. 2. *in princ.* Aliud arreſtum protulit Scholiaſtes *ad Papon. lib.* 15. *tit.* 2. *arreſt.* 8. ubi ejuſdem opinionis auctorem laudat Charondam *ad Conſ. Pariſ. art.* 241.

XV. Apud nos ex Statutario Maſſariæ jure validè ſuperſtes etiam immobilia ad neceſſariam

 debi-

debitorum perſolutionem diſtrahit, modo utiliter negotium gerat, veluti in executore teſtamentario conſtitutum eſt, Faber *in C. S. lib.* 2. *tit.* 2. *def.* 12. *num.* 6. *in not.* Papon *ad Conſ. Borbon. art.* 295. *verb. vendre.* Quod de jure Lubecenſi quoque tradit Mevius *ad Ius Lubec. lib.* 2. *tit.* 2. *art* 8. *num.* 64. *&* 73. Eodemque titulo ſubſiſtit rerum hæreditariarum oppignoratio, ſi in cauſam veteris ſeu communis debiti fiat, uti in reviſione judicatum fuit, & in judicando Curia obſervat; modo ejus qualitatis in contractu ſeu hypothecæ conſtitutione fiat mentio, quia in veterem contractum jure res obligata eſt, *l. ult. ff In quib. cauſ. tacit. pign.* Idque receptum fuit ad exemplum tutoris ſine decreto pro anteriore debito conſtituentis hypothecam, Molinæus *de uſur. q.* 37. *num.* 275. Montan. *de Tutel. cap.* 33. *num.* 447. *&* 448.

XVI. Idem ſtatuendum eſt de iis, quæ à Novercâ Maſſariâ in lite ſeu judicio ſuper cauſis communibus acta ſunt: nam ea hęredi etiam non citato præjudicant, Valaſc. *conſ.* 128. *nu.* 4. Fontanell. *deciſ.* 111. *nu.* 26. Cancer. *var. reſol. part.* 3. *c.* 17. *num.* 404. Per eandem quippe repræſentative in judicio verſantur liberi hæredes. Unde etiam in hujuſmodi cauſis perſonaliter, uti loquimur, reſpondent; & objectâ litiſpendentis exceptione actor à judicii limine removetur, ſi eoſdem durante lite ſeorſim in jus vocaverit.

XVII. De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

XVII. De reſtitutione in integrum dubitatum fuit, num concedi hic poſſit adverſus ſententiam liberis minoribus damnoſam; affirmat hoc quidem Fontanella *deciſ.* 111. *num.* 27. Sed minus rectè, niſi cum adverſario colluſum fuerit, aut rationes concurrant, ex quibus majores reſtitui ſolent. Manet enim adverſus novercam actio, ſi quid malè in lite egerit. Memini judicatum litis expenſas, quas ex contumaciâ noverca debuerat, non pro portione liberis, ſed ſoli Maſſariæ imputandas eſſe.

XVIII. Quod durante hâc ſocietate ſtudiis alicujus ex liberis à parente impenditur, commune ſocietatis debitum cenſeri tradunt Berlichius *part.* 1. *dec.* 8. & Bacquetius *de Iuſtic. cap.* 15. *num.* 26. veluti in ſocietate tacitè inter fratres continuatâ fieri ſolet, Horat. Lutius *de Privileg. Stud. Privil.* 72. Nicol. Mozzius *de Contract. tit. de Societ. cap. de natur. Societ. num.* 42. Quod tamen rectè limitat idem Bacquetius *d. loc. num.* 27. quoad expenſas Doctoratus, & Magiſterii in aliquo opificio, quæ continuatæ ſocietati imputari nequeunt. Idem eſto judicium de libris; uti in fraternâ quoque communione obſervatur, Petrus de Ubaldis *de duob. Fratrib. part.* 1. *quæſt.* 19. Felic. *de Societat. cap.* 26. *num.* 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

SECTIO II.

I. *Quomodo per inventarii exhibitionem diſſolvatur ſocietas.*

II. *Quid ſi pater ſolus teſtamento tutor fuerit conſtitutus.*

III. *An ceſſet, ſi pater uſufructuarius fuerit.*

IV. *Quid ſi morbus, aut ſimilis caſus diviſionem impedierit.*

V. *Quale tempus perficiendo inventario præſtitutum ſit.*

VI. *An rumpatur communio diviſione nulliter inſtitutâ.*

VII. *Quid de officio vendibili in ſeparando patrimonio omiſſo.*

VIII. *Quomodo reſtitutio in integrum hoc caſu ſit admittenda.*

IX. *An domicilii mutatione ſubvertatur ſocietas.*

X. *An obtineat, ubi ſtatutum eandem non introducit.*

XI. *An ultra liberos extendi poſſit.*

XII. *Quid præcipuè in ſtatutis his attendendum ſit.*

I.

L² ,55-33

CONfecto inventario diſſolvi ſocietatem docet Argentræus *ad Conſ. Britann. art.* 418. *gl.* 5. *num.* 2. Grivell. *deciſ.* 54. *num.* 9. Illud autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

em legitimum & ex moribus confectum deſiderat Mornacius *ad l. 64. π pro Soc.* bis judicaum refert Rebuffus *ad Conſtit. Reg. tom. 3. tract. de Inventario, art. 1. num.* 8. Illegitimam etiam leſcriptionem & minus ſolennem ſufficere exiſtimant Peleus *in Act. Forenſ. lib. 3. act.* 30. Gillet *de Tutel. cap.* 26. Brodæus *ad Loëtii areſta lit. C. cap.* 30. Diſtinctione rem temperat, & varia Galliæ ſtatuta conciliat Coquille *in Inſt. Iur. Gall. tit. de Societ.* ut ſi liberi ſint minores, quibus tutor neceſſarius eſt, non niſi legitimè & ſolenniter confecto cum perſonâ habili inventario interrumpatur ſocietatis continuatio. Quod ſi majores fuerint liberi, minus ſolennis diſſolutio admitti poſſit. Apud nos autem ea communicari ſtatutum jubet, quæ conjux ſuperſtes non diviſo patrimonio (*onverdeylt van haere kinderen*) acquirit: quæ verba mutuarunt Conſuetudinum noſtrarum Collectores ex Statutis Mechlinienſibus, ubi in additamentis *ad tit. 16. art. 34. verſ. Sed an inventarium*, notat Chriſtinæus inventarii exhibitionem ſocietatem non rumpere, ſed bonorum ſeparationem præciſè ex ſtatuto requiri. Coincidit cum hâc opinione Senatus Luſitaniæ arreſtum, quod refert Valaſcus *conſ.* 166. quo declaratum fuit, maritum ex Indiâ Orientali reducem communicare teneri liberis, quæcunque ipſe poſt mortem uxoris, licet eam ignoraſſet, ad diviſionem

patri-

patrimonii uſque lucratus eſſet. Alii autem exiſtimant vocem illam (*onverdeylt*) actualem bonorum diviſionem non requirere, ſed intentioni Legiſlatoris ſatisfieri legitimâ inventarii exhibitione. Durat bonorum communio, inquit Goris *tract.* 1. *c.* 9. *num.* 7. donec re ipsâ, aut per æquipollens, quod eſt, *confecto inventario*, fiat diviſio, & ita hactenus uſus obſervat; Ineſt quodammodo inventario diviſio; pateſcit liberis bonorum ſubſtantia, fraudi occurritur.

II. Cum autem pater excluſis reliquis ſolus teſtamento tutor fuerit ſcriptus, cum ipſe ſibi inventarium exhibere non poſſit, neceſſe eſt ut alium liberis curatorem ad actum illum petat, aut ex proximis defunctæ conjugis conſanguineis contradictorem legitimum aſſumat aut deſignet qui liberorum curam gerat, & perſonas repræſentet, Charond. *ad Conſ. Pariſ. art.* 240. *& ſeqq.* Louet *in arreſt. lit. C. cap.* 30. *verſ. ſecunda quæſtio.* Brodæus *in not. ibid.* Imbert. *in Enchirid. Iur. Gallic. verb. Societas. verſ. ſed præſtat.* Molinæus *ad Conſ. Blæſenſ. art.* 183. ubi dicit tutorem ſubrogatum requiri, non vero bonorum æſtimationem in inventario neceſſariam eſſe, uti ſæpius judicatum refert, quem ſequitur Claudius Guerinus *ad Ius Civil. Pariſ.* §. 240. contra quam Imbertus & Brodæus aliique ſentiunt. Inventarium, inquit Mornacius *ad l. ult. ff de Divort. & Repud.* à Notario con-

fectum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

6-2

ſectum adhibitis peritis cum tutore. Cum qui-
bus Renatus Choppinus contendit tria requiri
ad ſocietatis diſtractionem ſolennia, nimirum
ut curator liberis idcirco minoribus detur, rei
cujusque mobilis fiat æſtimatio,& repertorii pro
more loci perfectio, *ad Leg. And. lib.* 3. *c.* 2.
tit. 2. *num.* 10. *in fin.* Verum ex ſtatutis Galliæ
hæc doctrina profluit. Sufficit alioquin perfecta
deſcriptio, quâ & bonorum diſtinctio,& ſuper-
ſtitis intentio declarari queant. Et huic applicari
poteſt, quod nonnulli ſtatuunt, ceſſarè ſocieta-
tem ſi vel in privatis rationibus, liberis etiam
inſciis,patrimonia ſuperſtes ſeparaverit, Garſias
de Acq. Conjug. num. 170. modo abſque ullâ
fraude inventarii locum ſuppleat diſtincta & le-
gitima patris ab uxore tutoris conſtituti an-
notatio. Nonnullis autem placuit ex ſolo tutoris,
aut legitimi adminiſtratoris titulo, abſque bo-
norum deſcriptione,ceſſare hanc ſocietatem,Ca-
ſtill. *de Uſufr. cap.* 3. *num.* 123. Zans *de diviſ.
bonor. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 40. Lopes *de Lucr.
marit. & uxor.* §. 62. *num.* 32. Garſias *d. loc.
num.* 169. Ex fictâ autem mente ſuperſtitis, &
perſeverantiâ utriusque, mores illorum absque
ſcripta conſuetudine continuationem trahunt,
Guitierrez *de Iuram. confirmat. part.* 1. *c.* 48.
num. 4. Munnos *de Ratiocin. cap.* 6. *num.* 65.

III. Quod ſi bonorum uſusfructus ſuper- L²155-33
ſtiti ſit relictus, licet inventarium non confece-
rit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

rit, ex eo nihilominus ceſſabit prorogatio. Ea præcipuè apud nos reſpicit hæc communio, quæ ratione rei ſeu bonorum obveniunt, tanquam ex re communi quæſita, *Stat. Ultraj. Rubr.* 23. *art.*4. Cum itaque ad fructus ex hæreditate percipiendos liberi jus nullum habeant, à communionis quoque poſtulatione repellendi ſunt, uti Curia judicavit 10. *Octob.* 1664. *in cauſâ van Mr Wilhem de Gruyter Raed Ordinaris in den ſelven Hove cum ſocio, quae. qa. Impetranten ende Mr Samuel Gerobulus Raed in de Vroedſchap der Stad Utrecht cum ſocio, quae. qa. Gedaegdens.* Receptam hanc ſocietatem exiſtimat Mevius *ad Ius Lubec. part. 2. tit. 2. art. 8. num. 9.* ad ſimilitudinem juris communis, quo ſocii prædefuncti hæredes continuare ſocietatem cenſentur, ſi cum vivo ſocio res communes & indiviſas retineant & adminiſtrent. Ex uſufructu parenti in bonis liberorum debito ceſſare ſocietatis continuationem, in facti contingentiâ reſpondendo judicavit Palacios Rubios *de Donat. int. vir. & uxor.* §. 62. *num.* 31. & 32. quem laudat & ſequitur Caſtillo *de uſufr. cap.* 3. *num.* 118. Contrarium tamen Antverpiæ expreſsè cautum eſt *tit.* 41. *art.* 93. quod & aliis placuit *Conſult. ICtum Batav. part.* 3. *conſ.* 168.

IV. Quoties porro peſtilentis aëris intemperies, valetudo, hoſtilis metus, aut ſimilia impedimento fuerint, vix eſt ut negligentiæ aut culpæ

L² 155-33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

culpæ imputari poſſit, ſi quid non præciſe ex ſtatuti formâ geſtum ſit; quibus caſibus nullam ſocietatem prorogari, tanquam morâ purgatâ, ſtatuit Choppinus *de Morib. Pariſ. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 31. adducto in ejuſdem opinionis confirmationem arreſto; idem ſentiunt Molinæus *ad Conſ. Borbon. art.* 245. & Charondas *ad Conſ. Pariſ. art.* 241. Requirit tamen Bacquetius *de Juſtic. cap.* 15. *num.* 14. ſcriptam ſuperſtitis proteſtationem, qua impeditum ſeſe declaret, quo minus legis patriæ requiſita adimpleat.

V. Perficiendo inventario trimeſtre ſpatium pleriſque Gallis placuit, aut aliud pro more loci. Vocat hoc tempus inducias Molinæus *ad Conſ. Borbon. art.* 270. *in fin.* Nihil certi hac de re apud nos conſtitutum eſt: uſus tamen introduxit, ut ſi intra annum & diem inventarium exhibeatur, nullus continuandæ ſocietati ſit locus: ſin autem tempore hoc elapſo non vigilaverit ſuperſtes, ab ipſo fati momento ad inventarii exhibitionem uſque perſiſtat ſocietas, cui interpretationi ſuccurrere videtur legis Civicæ diſpoſitio, *Statut. Ultraject. Rubr.* 23. *art.* 7. *&* 8.

VI. Titius cum non exhibito inventario cum liberis ſuper jacente hæreditate tranſegiſſet, ex eo actu diſruptam minimè ſocietatem intelligi, verum etiam in ſecundum uſque matrimonium continuari reſponſum eſt, *Conſ.*

ICtum

ICtum Batav. part. 3. *membr.* 2. *conſ.* 48. 49. 50. *&* 51. Quoniam tranſactionem abſque inventario celebratam nullitatis lex arguit, *D.D. ad l.* 6. *π de Tranſact.* Argentr. *ad Conſ. Britann. art.* 477. *gl.* 4. *num.* 3. Peregrin. *de fideic. art.* 52. *num.* 15. Montan. *de Tutel. cap.* 38. *num.* 141. Gratian. *Diſcept. Forenſ. cap.* 557. *num.* 47. *& ſeqq.* Munnos *de Ratiocin. cap.* 40. *num.* 16. Wameſ. *cent.* 6. *conſ.* 83. *num.* 12. Verum licet hunc effectum non ſortiatur hujuſmodi conventio, ut liberi aſſignatæ portioni teneantur acquieſcere; quatenus tamen in ſocietatis diſtractionem conſenſum eſt, à ſtatutariâ prorogatione ſuperſtes liberatur, manente ſolummodo illęsâ actione, quâ liberi ad inventarii de novo exhibitionem contendant, ut pateſcat, quatenus læſi fuerint, utque eo nomine iiſdem ſatisfiat, uti aliquoties Curia noſtra cenſuit, ſicuti refertur inter *Conſult. ICtum Batav. part.* 2. *conſ.* 72. *& part.* 3. *membr.* 2. *conſ.* 46. *num.* 1. *&* 2. Ex hujuſmodi autem tranſactione parentem obligari, licet liberi inviti non teneantur, & à Curia, & in reviſionis judicio deciſum ferunt, *Conſult. ICtum Batavor. part.* 3. *conſ.* 178. eâ ſcilicet ratione, quod ſuperſtes hæreditatis vires ſatis perſpectas habeat, *l.* 9. *§. per fallaciam* 2. *π de Tranſact.* Molin. *de Divid. & Individ, in princip. num.* 57. Societatis continuationem ex minus validâ, aut illegitimâ diviſione removeri, conceſſâ pro celatis aut omiſſis actione ſtatuit Chriſti-

Chriſtinæus *ad Leg. Mechlin. in additam. ad tit.* 16. *art.* 29. *&* 34. idem docent Mornacius *ad l. ult. π̃ de Divort.* Valaſc. *de Partit. cap.* 39. *num.* 58. Goris *tract.* 1. *c.* 9. *num.* 4. *in not.* Inter majores quoque obſervari ſolet, ut, integrâ manente diviſione, in melius reformetur, quod male geſtum eſt, aut errore juris diviſum, quod lex alicui præcipuum concedit, Felic. *de Societ. cap.* 40. *num.* 3. *& ſeqq.* Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 182. *nu.* 3. Wameſ. *cent.* 2. *conſ.* 47. *num.* 19. Carpzov. *part.* 2. *Conſtit.* 15. *def.* 42. Valaſc. *d. num.* 58. Groeneweg. *ad l.* 3. *C. Commun. Utriuſque Iudic. num.* 6.

VII. Non itaque ſubſiſtit arreſtum, quod refert Loëtius *lit. C. cap.* 30. *in annotat. pag.* 112. quo judicatum fuit ſocietatem quoad bona omnia continuari ex eo, quod vendibile officium pater extra diviſionem retinuiſſet. Aliter docet Loſæus *des Offic. venaux. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 49. *&* 59. officium ſcilicet ſolummodo unâ cum fructibus hoc caſu communicari. Sed rectius dixeris ad ejus æſtimationem à tempore mortis maternæ pro dimidio cum uſuris ſeu fructibus liberis jus eſſe: cum non tam officium ipſum, utpote non communicabile, quam potius pretium in hæreditatis diviſione repræſentetur, Valaſc. *de partit. cap.* 13. *ſub num.* 7. Argéntr. *ad Conſ. Britann. art.* 501. *gl.* 5. *in fin.* Guitierrez *Pract. Quæſt. lib.* 2. *cap.* 64.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

num. 7. Covarruv. *Var. Reſol. lib.* 3. *cap.* 19. *ſub num.* 5.

VIII. Quoties autem reſtitutionis beneficium adverſus tranſactionem imploratur, præcipuè inſpicienda eſt liberorum læſio. Si quid enim non ſatis ritè geſtum fuerit, aut ſi quid extra diviſionem abſque dolo remanſerit, non tamen facile reſcindendum eſt, quod fideliter actum fuit: ſed examinandum erit, num alio titulo, ſeu alimentorum nomine, ſeu aliâ liberalitate, quod ſuum foret, à parente liberi perceperint: exinde enim deneganda reſtitutio eſt; præſertim concurrente temporis lapſu, *DD. ad tit. C. ſi maj. jam fact. rat. hab.* Radelant. *deciſ.* 25. *num.* 1. aut ſi exſpectatâ patris morte ex hoc capite adverſus novercam abſque evidenti læſione demum moveatur actio, Chriſtin. *ad Leg. Mechlin. in additam. ad tit.* 16. *art.* 29. *verſ. quare.*

IX. Mevius contracto apud nos matrimonio tandem aliorſum lares transfert, ubi ſocietatis continuatio legibus non innotuit, quid juris liberis dabitur? ſunt qui nihilominus continuari ſocietatem exiſtimant: eamque ſententiam veriſimiliorem cenſet Lambertus Goris *tract.* 1. *c.* 9. *num.* 13. Continuatio hæc appendix & ſequela conjugalis ſocietatis eſt, quę domicilii mutatione inter conjuges non ſubvertitur, Groeneweg. *ad l.* 65. *ff de Iudic.* D. Rodenburg *de*

Iur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

6-2
Iur. Conjug. tit. de Iur. quod orit. ex ſtatut. diverſ. tit. 2. part. 2. c. 4. num. 3. Et hæc quidem quæſtio eo præcipuè tendit, ſi ſcilicet mortuo conjuge fiat tranſmigratio: nullum alioquin dubium eſt, ſi vivi conjuges ſimul domicilium commutaverint. Cum enim ſtatutum ſibi non ſubdito modum nequeat præſcribere, inſpiciendum eſt quid in diſſolvendâ ſocietate exigat judex, cui in ſuperſtitem competit juriſdictio. Similiter reſpondendum eſt, ſi forſitan conjuges in alias terras tranſmigraverint, ubi univerſalior viget ſocietatis prorogatio, etiam hæreditates & legata tacitâ communione comprehendi, licet matrimonium hîc contraxerint.

X. Non habet ſocietas hæc locum, ubi ſtatuto aut conſuetudine non eſt introducta. Putat quidem Molinæus *ad Conſ. Victriacas* §. 54. deficiente ſtatuto ex moribus vicinorum locorum illud mutuandum eſſe, admiſsâ propter æquitatem ſocietatis prorogatione. Sed refutat hanc opinionem Choppinus *de Morib. Pariſior. lib.* 2. *tit.* 1. *nu.* 31. quippe invitâ lege Romanâ moribus hæc ſocietatis ſpecies admiſſa eſt, Charond. *ad Conſ. Pariſ. art.* 243. Jacob. Curtius *Conject. l.b.* 1. *cap.* 4. Aliquoties Hollandiæ, uti etiam Friſiæ Curia judicavit, liberis in hujuſmodi locis non aliud, quam ad hæreditatem morte parentis ſibi delatam, una cum fructibus jus competere, Groeneweg. *in not. ad Grot.*

lib. 2. *part.* 13. Sande *lib.* 2. *tit.* 5. *def.* 9. Idem de Conſuetudine Andenſi & Carnutenſi, quia nihil de hâc communione cavent, deciſum refert Mornacius *ad l.* 64. *ff pro Soc.* ut merito diſpliceant arreſta, quæ in contrarium enarrant Loëtius & Brodæus *dd. ll.*

XI. Ultra liberos extendi non poteſt hoc legale beneficium, cum de iis ſolummodo mentionem faciat conſtitutio, uti poſt Bacquetium docet Mornacius *ad l.* 64. *ff pro Soc.* qui hoc beneficio liberis indulto frui non poſſe ſtatuunt uxoris hæredes à latere, licet minores fuerint. Idem tradit Claudius Guerinus *ad Ius Civil. Pariſ.* §. 240. Niſi apud eos, quorum moribus cautum eſt generaliter in gratiam hæredum prorogationem ſocietatis admitti: quod de Conſuetudine Aurelianenſi, Berrenſi, Pictavienſi refert Conchylius *ad Conſ. Nivern. tit. de Communion. art.* 4. *verſ. ce qui ſe dit.* Idem Antverpiæ conſtitutum eſt, *Coſtuymen van Antwerpen tit.* 41. §. 93. Nepotes autem liberorum nomine, ut alibi in favorabilibus, comprehendi extra dubium eſt. Jus enim eorum ex jure parentum æſtimatur, ut in ſimili fere loquitur Mevius *ad Ius Lubec. part* 2. *tit.* 2. *art.* 2. *num.* 77.

XII. Præcipuè equidem attendendum eſt, quid cujuſque loci conſuetudo hic introduxerit, cum anomala ſit ſocietas, à jure Juſtinianæo aliena

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

6-2

aliena, & talis, qualem format ſtatutum, Mevius *ad Ius Lubec. part. 2. tit. 2. art. 2. in addit. num.* 1. Exactè itaque cuſtodiendum eſt, quod ſcriptæ conſuetudini, præſertim in continuationis diſſolutione, convenit, Mornac. *ad l. ult. ff de Divort. & Repud. Conſult. ICtum Batav. part. 2. conſ.* 272. *& ſeqq.* Apud plurimos autem, licet diverſimodè, invaluit hæc prorogatio. In Belgio Fœderato Gelria, Hollandia pleraque, Ultrajectum, Tranſiſalania continuatam admiſere ſocietatem. Itidem Medioburgenſes apud Zelandos. Sexdecim Galliæ populi ſcriptas circa eandem conſuetudines habent. Burgundi, Hiſpani, Gallæci, Luſitani eandem amplectuntur: Antverpia, Lubeca, & Mechliniense Territorium receperunt. Perſpiciendum vero eſt quatenus in unoquoque territorio hujuſmodi legum diſpoſitio ex uſu fuerit confirmata, aut reſtricta. Quibuſdam in locis rarius, aut nunquam in praxi admiſſæ hæ prorogationes, proſcriptâ lege, uti ex Choppino aliiſque patet. Quanquam & liberorum erga parentes verecundia nonnunquam reſpuit, quod reſcriptum Principis benigniter introduxit. Adverſus binubos autem alia ratio eſt. Quin & diverſis Provinciarum placitis apud Gallos in caſu ſolummodo ſecundarum nuptiarum recepta hæc continuatio, uti notat Claudius Guerinus *ad Ius Civil. Pariſ.* §. 240. Neque rectè ex verbo

viduitatis ſocietatem per ſecundas nuptias interrumpi deducit Mevius *ad Ius Lubec. part. 2. tit. 2. art. 14. num. 8. & ſeqq.* Rariores etiam de Societatis prorogatione controverſias in Curiis earumque arreſtis repereris, niſi Vitrico novercâve interveniente motas: parente alioquin manente viduo, parum liberis periculi ex non acceleratâ bonorum diviſione imminet, cum eidem defuncto excluſis aliis hæredes exiſtant.

CAPUT VII.

L² 156-36

De jure Maſſariæ.

I. *Noverca uſufructuaria tenetur inventarium conficere, licet teſtamento remiſſum ſit.*

II. *An privigni adverſus Novercam ex teſtamento, aut pactis dotalibus, rectè petant immiſſionem in bona hæreditatis.*

III. *An ſub cautione admitti poſſint.*

IV. *An per ſecundas nuptias jus Maſſariæ expiret.*

V. *Quid apud alias gentes ſervetur.*

VI. *An jus illud ad hæredes ſit tranſmiſſibile.*

VII. *De jure retentionis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

I.

DIſſolutâ morte conjugis ſocietate ſuperſtes ad exhibitionem inventarii, intra certum tempus eidem conficiendo præſtitutum, obligatus eſt: quale inventarii, ut & præſtandæ cautionis onus ne teſtamento quidem remitti poteſt, licet uſusfructus etiam cum poteſtate alienandi ſuperſtiti relictus fuerit, ne legitimæ vel Trebellianicæ quid fraudis fiat, propter abſconditam patrimonii quantitatem, *l.* 1. *C. de uſufruct.* Peck. *de teſtam. conjug. lib.* 5. *c.* 24. *num.* 3. atque ita deciſum referunt Radelant. *deciſ.* 57. *num* 11. Georg. de Cabedo *part.* 1. *deciſ.* 136. Neoſtad. *deciſ. Cur. Holland.* 20. Sande *libr.* 5. *tit.* 3. *def.* 4. Sufficit autem ſecundum leges loci inventarium confici, & à Notario ſubſcribi: quæ enim ſolennitates hic jure civili requiruntur, eas Hiſpania, Gallia, Luſitania, Belgium repudiant, Petr. Zans *de diviſ. bonor. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 8. Valaſc. *conſult.* 52. *num.* 32. Grivell. *deciſ.* 143. *num.* 19. *&* 20. Cancer. *var. reſol. part.* 3. *c.* 2. *num.* 67.

II. Quo inventario exhibito, antequam ad hæreditatis diviſionem perveniatur, multæ ſæpe controverſiæ oriri ſolent: quas a ſuperſtite conjuge hæreditatis poſſeſſore non extingui, ſed promoveri videas, dum poſſidendi jure & privi-

privilegio gaudet. Facilè enim in diviſione hæreditatis hoc machinamur, ubi ſub prætextu æris alieni ignorari prætenditur, quantum debeatur. Sed num pendente hujuſmodi lite interim privigni ab omni bonorum paternorum uſu excludendi, an vero immiſſionem in poſſeſſionem rerum hæreditariarum ex teſtamento paterno rectè petunt; Equidem immiſſionem denegandam cenſeo. Jus enim Maſſariæ, *id eſt*, *van boedelharderye*, quod conſuetudine apud nos introductum eſt, non niſi conjux ſuperſtes adipiſcitur: idque ſtatutum Ultrajectinum *Rubr.* 23. *art.* 11. ſatis clare innuit, dum præter conjugem reliquos ab hæreditatis poſſeſſione repellit: nec ullam inter privignos & extraneos hæredes diſtinctionem patitur: verum ſine perſonarum delectione aut conditione ad maritum & uxorem ſolos ſeſe refert. Unde cum liberi reditus & uſuras rerum paternarum à debitoribus exegiſſent, licet excluſa foret bonorum communio, & præſertim eorum, ex quibus proventus percepti redierant, nihilominus, cum queſta noverca eſſet, ſeque Maſſariam diceret bonorum omnium, etiam extra communionem poſitorum, nec minus in fructibus, licet poſt mariti mortem natis & perceptis, juri ſtatutariæ poſſeſſionis locum eſſe, Civitatis Judicium ex conſilio Practicorum ſecundum Novercam ſententiam tulit, privignoſque audire noluit, niſi

purgato

purgato in Maſſariæ gratiam ſpolio. 29. *Iunii* 1650. *in causâ hæredum Laurentii van Werckhoven ejuſq; ſecundam conjugem.* Nec eſt quod in cauſa teſtati privignos admittamus, eoſdem autem in cauſa inteſtati conemur ſecludere, ex eo fundamento, quod *in prædictâ Rubrica* 32. de caſu inteſtati agitur, quale ſtatutum ad caſum teſtamenti conditi non extenditur, Grivell. *deciſ.* 53. *num.* 45. Unde ſtatutum hoc jus Romanum, & beneficium leg^s *ult. C. de edict. Div. Hadrian. tollend.* ſuſtuliſſe non præſumitur, quoties in privigno ejuſdem conſtitutionis requiſita concurrunt, ita ut non niſi in causâ inteſtati jus Maſſariæ ſubintraret, quo caſu *d. l. ult.* ceſſare ſcribit Menoch. *adipiſc. poſſeſſ. remed.* 4. *num.* 64. Non enim hæreditatis ſive ab inteſtato relictæ, ſive ex teſtamento debitæ, in *d. art.* 11. ulla diſtinctio eſt, aut juris inter eas diverſitas agnoſcitur: ſed univerſaliter loquendo omnem omnino hæreditatem abſque ullâ exceptione conjugi poſſidendam defert. Neque etiam verum eſt quod ea, quæ ſub prædictâ *Rubr.* 23. diſpoſita ſunt, facto teſtamento non admittantur, ut ex pluribus ibidem pateſcit. Extat apud Neoſtad. *de pact. antenupt. obſ. ult.* Curiæ Hollandicæ judicatum, quo noverca cum privignâ litigans causâ cecidit: eam autem deciſionis rationem unicam affert, quod Maſſariæ titulum non probaret, non vero quod teſta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

mentum jus illud potuiſſet auferre, ita ut Noverca bonorum omnium poſſeſſionem retineat, niſi forſan privignus in dubium trahat, an extra Provinciam jus illud extendi poſſit, remque alibi ſitam afficiat.

L² 858-6

III. Neque aliud reſpondendum eſt, ſi liberi cautionem offerant, quâ noverca proſpectum ſibi poſſit credere, ſi aliter res evenerit, quam tempore diviſionis cogitatum eſt: idque ſententiâ inter prædictos litigantes eodem die à Scabinis latâ confirmatur. Quod enim DD. privignos ad hæreditatis ſeparationem ſub hac conditione admittant, Benedict. Carpzov. *ad conſt. Saxon. part.* 2. *Conſtit.* 25. *def.* 17. *poſt Moller. Hering. Berlich. allegat.* adde Valaſc. *de partit. cap.* 6. *num.* 23. ex retentionis jure deſcendit, quæ, cum compenſationis naturam ſapiat, præſtitâ cautione propter debitorum incertitudinem concedi nequit. Nec enim retentio omnia omnino prædefuncti mariti bona afficit, ſed pro parte ſolummodo res aliqua hæreditaria uxori aſſignari ſolet, pro ratâ crediti dotalis, adhibito judicis arbitrio, Mar. Giurba *deciſ. Sicil.* 16. *num.* 19. Coſta *de ration. rat. quæſt.* 58. Statutum vero noſtrum dum novercæ poſſeſſionem largitur, benignius ipſi proſpexit, quam ut admiſſa cautione à jure ſuo reſiliat: ne forſan causâ deſperatâ poſtea demum adverſus privignos remedium quærere, noviſque ſeſe litibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

litibus implicare cogatur. Cæterum per illud temporis ſpatium certam quantitatem in ſingulos annos judicis arbitrio alii liberis concedunt, quam poſtea in legitimam ejuſque fructus imputant: aut certam portionem per modum proviſionis adjudicandam ſtatuunt, datâ cautione de reſtituendo, ſi minus ex hæreditate ratione legitimæ deberi reperiatur, Joan. Imbert. *Inſt. Forenſ. lib.* 1. *cap.* 37. *lit. b.* Ant. Faber *de error. pragmat. decad.* 15. *error.* 9. *num.* 8. Barry *de ſucceſſion. lib.* 16. *tit.* 3. *in med.* Sande *lib.* 4. *tit.* 9. *def.* 6. Rectius autem huic quæſtioni accommodandum crediderim commune DD. placitum, quod filio ad legitimam aſpiranti, liquidatione nondum interpoſitâ, de alimentis providendum dictitat, prout perſonæ qualitas exigit, Kuyck *ad Cravett. conſ.* 164. *poſt Afflict. Surd. Covarruv. allegat.*

IV. Poſſeſſio autem illa à ſtatuto Novercæ conceſſa etiam contractis ſecundis nuptiis durat. Nec enim ratione viduitatis introducitur hoc beneficium, ſed ex cauſa matrimonii & ſocietatis, quæ cum marito fuit, trahit originem: neque ut viduæ, verum ut poſt conjugis mortem, & diſſolutâ ſocietate, ſuperſtiti conceditur, quod ex ipſius *articuli* 11. verbis patet; in eamque ſententiam judicatum refert Ant. Gamma *deciſ.* 105. Valaſc. *de partit. cap.* 6. *nu.* 60. Sicuti & jus retentionis viduis apud Saxones conceſſum

nuptia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

nuptiarum reiteratione non amittitur, Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 222. Neque jus Tenutæ apud Cathalaunos, Acacius de Ripol. *var. reſol. c.* 10. *num.* 391. Fontanell. *de Pact. Antenupt. cl.* 7. *gl.* 3. *part.* 8. *num.* 34. Cancer. *var. reſol. part.* 1. *c.* 9. *num.* 34.

L² 858-6

V. Quibus autem jus illud incognitum eſt, eorum moribus convenit privignorum petitionem admittere. Immiſſionis autem modum ita metiri licet, ut ſi omnium bonorum communio interceſſerit, jure poſſeſſionis & ſocietatis noverca pro dimidio bonorum defendenda veniat: quoniam ea poſſeſſionem, ſtante matrimonio inchoatam, pro ſuâ parte continuat, donec ex familiæ erciſcundæ judicio pateat, quid cuique ex generali hæreditatis maſsâ debeatur: ita ut bonorum pars altera viduæ, altera privignis fiduciariè poſſidenda ſtatuatur. Quum enim indiviſim ſocii conjuges bona poſſederint, ad alterius modo hęredem ſuę partis transfertur poſſeſſio, inquit Choppinus *de morib. Pariſ. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 15. ubi agit de interdicto, quod viduæ adverſus defuncti conjugis hæredes rerum conjugalium poſſeſſores conceditur. Quod ſi vero pacto antenuptiali excluſa fuerit bonorum communio, & inſtitutus à patre privignus hæres teſtamenti tabulis contra Novercam ſeſe tueatur, cum propter excluſionem communionis, non niſi quod in matrimonii ſubſidium con-

contulit, verè poſſederit, etiam ulterius poſſeſſionem non continuat, ſed tabulis teſtamenti, & pactis dotalibus exhibitis, ſecundum eorum tenorem privigno fiduciaria poſſeſſio pendente lite adjudicanda eſt, idque judicato firmat Neoſtadius *de pact. antenupt. obſerv.* 23.

VI. Quod ſi defuncto patre noverca quoque naturę ſatisfaciat, jus Maſſarię cum eâdem extinguitur, nec ad hæredes tranſmiſſibile eſt, quo adverſus privignos eo jure uti poſſint. Privilegium enim à lege perſonæ conceſſum, nec ad alios extenditur, nec ad hæredes deſcendit, *l.68. l.196. ff de Reg. Iur.* Hæc autem hæreditatis, & defuncti per conjugem repræſentatio, privilegii loco eſt, Valaſc. *d.cap.6.nu.*35. Statutum ſolis conjugibus prodeſſe voluit, reliquoſque diſertis verbis & expreſſè ab eodem beneficio removet, *d. Rubr.* 23. *art.* 11. *Conſult. ICtum Batav. part.2. conſ* 72. Alia in marito & uxore, quam hęredibus eorum ratio eſt. Conjux ſuperſtes conjugalem ſocietatem tuetur, ita ut in eum omnes actiones à creditoribus dirigantur, & vice verſâ adverſus debitores ipſe ſolus jus hęreditati ſeu ſocietati nondum diſtractę competens in judicio exſerat. Patre autem & novercâ ſimul mortuis, eodem modo & jure defunctos repręſentando tam privigni, quam novercæ hæredes, concurrunt: unde nihil excogitari poteſt, quod his majus, quam illis, privilegium, & quidem adeo exorbitans dandum ſuadeat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

deat. Poſſeſſio equidem ſub prætextu iſtius juris denegari nequit iis, quos legitimos ſucceſſores & teſtamentum, & lex ipſa agnoſcit. Retentio quidem bonorum maritalium pro dote non tantum viduis, ſed hæredibus quoque jure tranſmiſſionis tribuitur, Matth. Berlich. *part.* 2. *concl.* 32. *num.* 7. Verum longè alia dotium, quam ſocietatis conjugalis ratio eſt. Retentio enim ad hæredes tranſmittitur, quia actioni magis, quam perſonæ cohæret: privilegia autem perſonalia non tranſeunt, Mevius *ad Ius Lubec. lib.* 1. *tit.*5. *art.*13. *nu.* 22. *& ſeqq.*

VII. Neque tamen retentio à foro noſtro planè exulat. Cum enim in feudis jus Maſſariæ locum non habeat, Valaſc. *d. c.* 6. *num.* 18. eaque extra communionem poſita ſint, Lambert. Goris *adverſ. tract.* 1. *c.* 3. *nu.* 4. ſi debitis obruta reperiatur hæreditas, & de viribus ejuſdem dubitetur, aut altercatio incidat, ceſſante ordinario devolutæ poſſeſſionis beneficio, ſubſidiarium retentionis remedium quoad feuda novercæ concedi ſolet, Berlich. *d. part.* 2. *concl.* 32. *nu.* 1. Mevius *ad Ius Lubec. lib.* 1. *tit.* 5. *art.* 13. *n.* 34. Moller. *ad Conſt. Saxon. part.* 2. *Conſt.* 25. *n.* 5. Carpzov. *Reſponſ. Iur. Elector. lib.* 4. *tit.* 8. *reſp.* 58. *n.* 13. Henric. Nevenhan. *de Iur. Viduitat. membr.* 3. *Sect.* 8. *lit. e. poſt Schneidewin. Coler. Cothmann. allegat.* eaque, ſicuti reliqua in patrimonio bona, pro debitis diſtrahi, & alienari poſſunt, Statut. Ultraject. *Rubr.* 14. *art.* 6.

SECTIO I.

SECTIO I.

I. *An jus Maſſariæ ſit reale, vel perſonale.*
II. *An in matrimonio putativo locum habeat.*
III. *An in caſu divortii & ſeparationis.*
IV. *An noverca Maſſaria ad cautionem teneatur.*
V. *Qualis cautio in judicio privignis præſtanda ſit.*
VI. *Quomodo de ſpolio adverſus eoſdem agat.*
VII. *An inventario nondum exhibito, rectè à privignis debita exigat.*
VIII. *An debitores eâ inſciâ valide privignis ſolvant.*
IX. *Noverca an in habitatione domus per maritũ in aliquot annos conductæ præferri debeat?*
X. *Quid juris in adminiſtratione aut munere.*
XI. *Quid ſtatuendum de rebus quæ non facile diviſionem recipiunt.*
XII. *An commune fiat, ſi quid bonis nondum diviſis noverca emerit.*
XIII. *Quomodo debitis ex ſtatuti ſolennitate liberetur.*
XIV. *An ex contractu mariti, quoad fori prorogationem, obligetur Maſſaria.*

I.

ARcet ſtatutum privignos ab adminiſtratione, & novercam patrimonio nondum diviſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

diviſo indefinité præficit: neque in hâc ſolummodo Diœceſi ſubſiſtit, verum etiam bona extra Provinciam complectitur. Perſonæ habilitatem magis & adminiſtrationem, quam bonorum mancipationes reſpicit. Jus Tenutæ apud Aragones ad bona alibi ſita extendi docet Ludovicus de Caſanate *conſ*. 54. *num*. 54. *& ſeqq*. Idem de Cathalaunis refert Fontanella *de pact. antenupt. cl*. 7. *gl*. 3. *part*. 5. *num*. 32. Qualitas hæc à conſuetudine ſuperſtiti impreſſa legale mandatum eſt, & quaſi facultas, quæ executoribus teſtamento demandari ſolet. Durius ſane foret ſuperſtitem in totum conveniri, ubi omnia non poſſideat, niſi in bonis juri Maſſariæ exemptis extra provinciam ſubintrare retentionem ſtatuas.

II. Dubium eſt num hoc jus Maſſariæ in matrimonio putativo quoque locum habeat. Non equidem nudum hoc apud nos privilegium eſt, ſed annexam habens ſocietatis defenſionem, communicatione debitorum comite. Jus viduale apud ſuos in matrimonio putativo, non niſi bonâ fide contracto, admittit Cancerius *var. reſol. part*. 3. *c*. 12. *num*. 113. cui Gamma conſentit *deciſ*. 89. Regale hoc ibidem beneficium eſt, exactioni dotis conceſſum. Apud nos etiam æris alieni communio, & ſocietatis conjugalis defenſio concurrunt.

III. Sed quid ſi divortii inter conjuges

quæſtio

quæſtio orta fuerit, exiſtimat Valaſcus *de partit. c. 6. num.* 48. *& ſeqq.* inſpiciendum cujus culpâ hoc acciderit. Cancerius vero indiſtinctè in divortio jus tenutæ concedit, *var. reſol. part.* 2. *c.* 7. *num.* 37. Cohabitationem deſiderat Antonius Gamma *dec.* 97. Pendente quidem divortii quæſtione & marito interim decedente jus iſtud novercæ competit, quia nondum patrimonii cuſtodia per ſententiam ipſi denegatur; bonorum autem ſeparatione ſubſecutâ fruſtra ſocietatem conjugalem, quæ evanuit, marito mortuo repræſentat.

IV. Pro adminiſtratione autem cautionem non præſtat, uti de tenutâ quoque Cathalaunicâ aſſerit Fontanella *de pact. antenupt. cl.* 7. *gl.* 3. *part.* 2. *num.* 77. Legalis poſſeſſor hoc onere gravari non ſolet, niſi legis juſſerit diſpoſitio. De conjugum probitate pleniſſimè ſtatutum confidit delatâ bonorum adminiſtratione & curâ. Neque ſola hic privilegii ratio verſatur; neceſſitas etiam legis huic qualitati viduam ſupponit; agit judicio, ſed & pariter convenitur.

V. Aliâ itaq; viâ liberis proſpicitur; motâ adverſus novercam de ſeparando patrimonio lite, pro judicato petenda cautio eſt, cui privignorum poſtulationi nihil eſt quod opponi queat. In eo difficultas verſatur, num præcisè fidejuſſores vel pignora deſiderentur, an vero juratoria quoque cautio ſufficiat; ad judicis arbitrium

recurrendum hic monet ipſa Ordinatio *Rubr. 23. art. 5. in fin.* Defertur quandoque Maſſariæ adminiſtratio juratoriâ cum inventario præcedente cautione, Acacius de Ripoll. *var. reſol. c. 10. num.* 239. Sed nonnunquam etiam propter mores, inopiam ſimilesque rationes denegatur, admiſsâ per judicem bonorum ſequeſtratione, Guido Papæ *deciſ.* 249. *&* 250. Mevius *ad Ius Lubecenſ. lib. 1. tit. 5. art. 13. num.* 87.

L² 858-6

VI. Quod ſi liberi invitâ novercâ hæreditatem occupaverint, competit adverſus eoſdem ſpolii actio, Acacius de Ripoll. *var. reſol. c.* 10. *num.* 392. Zans *de diviſ. bonor. lib. 1. c. 9. num.* 28. Valaſc. *de partit. c. 6. num.* 15. Peckius *de Teſtament. Conjug. lib. 2. c. 11. num.* 5. Privigni, cum apud creditores hæreditarios annuarum penſionum & uſurarum inhibitionem impetraſſent, judicatum fuit Novercam non teneri reſpondere, niſi relaxatâ prohibitione & arreſto, uti refert Mevius *ad Ius Lubec. part. 2. tit. 2. art. 27. num.* 46. Quocunque enim modo ex poſſeſſione hujuſmodi dejecta fuerit, ante omnia reſtitutionem jure poſtulat, Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 2. num.* 222. Faber. *in C. S. lib. 5. tit. 7. def.* 11. Carpzov. *de jur. fæmin. decad. 9. poſit. 10. num.* 7. Leeuwen *in Cenſ. forenſ. lib. 4. c. 37. num.* 4.

VII. Quamvis autem jura omnia activa & paſſiva poſſideat, hæreditatisque creditores ex hoc

hoc titulo ſola in jus vocet, Valaſc. *conſ.* 128. *num.* 4. Acacius de Ripoll. *var. reſol. cap.* 10. *num.* 194. & 198. Cancer. *var. reſol. part.* 3. *c.* 17. *num.* 404. Non tamen rectè à privignis exigit, ſi quid communi patrimonio debeant, niſi per inventarii exhibitionem de hæreditate minus validâ pateat; communi alioquin dividundo judicio in paternæ ſucceſſionis portionem imputat, ſi quo ære alieno ſocietati fuerint obſtricti; fruſtra equidem judicio quis perſequitur, quod mox reſtitui jura poſtulant.

VIII. Sed num interim privignis rectè ſolvitur, ſi quid jacenti hæreditati debeatur; & quidem hanc ſolutionem non prodeſſe, quo minus noverca iterum exigat, verius eſt; Statutum remotis privignis ſolam Maſſariam bonorum adminiſtrationi præficit; vidua ſocietatem conjugalem utriusque nomine repręſentat; Adverſus debitores exiſtente Maſſaria actiones privigni non jure inſtituunt, dum itaq; ab hoc medio perſequendi debitum, alteri facultate conceſsâ, ſecluduntur, etiam qualitas ex voluntariâ ſolutione recipiendi adempta intelligitur; ſequeretur alioquin adminiſtrationis confuſio, juris Maſſariæ ſubverſio, & maximum nonnunquam inde novercæ damnum invitâ lege reſultaret.

IX. Cum maritus cauponam exercens vivâ conjuge in aliquot annos domum conduxiſſet,

eâque mortuâ alias inivíſſet nuptias ſeclusâ bonorum communione, tractatum eo defuncto fuit, num in conductione liberi, an vero Noverca præferenda eſſet; Privigni enim tam jure matris, quâ vivente contractus celebratus fuerat, quam ex patris ſucceſſione, qui hoc jus ante ſecundas nuptias acquiſitum, ſeclusâ communione reſervarat, ſeſe potiores obtendebant; contra vero noverca ſeſe Maſſariæ jure tuebatur, neque hiſce ædibus expelli poſſe ſuſtinuit, cum ex ſtatutariâ debitorum communione pro mercede locationis teneretur, unde etiam jus retentionis ſibi competens allegabat, Curia cenſuit Novercam proviſionali judicio præferendam eſſe, ſalvâ in familiæ erciſcundæ judicio liberis hæredibus actione, xj^a. Aprilis 1663.

X. Similiter reſponſum eſt adminiſtrationem, quam maritus habuit, defuncto patre Maſſariæ præ privignis competere, eoſdem tamen ſimul cum novercâ emolumenti ſucceſſores eſſe, *l.63. §.3. ff pro Socio.* adeo ut lucrum hiſce caſibus communicandum ſit, dato inde, ſi cauſa poſtulet, pro laboribus Novercæ præmio, *Conſult. ICtum Batav. part. 3. membr. 2. conſ. 54. num. 24.*

XI. Quod ſi res communis in hæreditate reperta fuerit, quę non facile recipiat diviſionem, definito per judicem pretio, privignos in eâ præferri docet Andræas Rauchbar. *part. 1. quæſt. 42.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

quæſt. 42. *num.* 7. Contrarium vero decidit Berlichius novercam ſcilicet privignis potiorem eſſe, *deciſ.* 300. *num.* 46. & *ſeqq.* Verum parvi momenti hæc quæſtio eſt, cum inter partes, factâ à peritis æſtimatione, plus licitanti res addici ſoleat, aut ad publicam venditionem procedi.

XII. Sed quid ſi ante bonorum ſeparationem Noverca quicquam emerit, num commune fiet? verius eſt, pro dimidio ad pretii reſtitutionem privignis ſolummodo competere actionem, non vero ad rem ipſam, quod jure civili quoque conſtitutum eſt, uti poſt alios docent Cancerius *var. reſol. part.* 1. *c.* 9. *num.* 46. & Gabrielius *tit. de præſumpt. concl.* 15. *num.* 14.

XIII. Quibus autem debitis Maſſariam ſupra obligatam diximus, ab iiſdem ſeſe liberam exhibet, ſi ex ſtatuti formâ feretro maritali claves impoſuerit, *Stat. Ultraj. Rubr.* 23. *art.* 21. aut ſi mortuo peregrè marito in Curiam eoſdem transferat, vel ſi extra hæreditatem verſetur coram Notario teſtibusque jacenti patrimonio renunciet. Quam tamen liberationem de debitis ſtante matrimonio, non antea contractis intelligunt Valla *de Reb. Dub. tract.* 13. *num.* 10. Chaſſan. *ad Conſ. Burgund. Rubr.* 4. §. 21. *gl.* 3. *num.* 11. Chriſtin. *ad Leg. Mechlin. tit.* 9. *art.* 8. *num.* 7. Grot. *in Manud. lib.* 2. *part.* 11. *num.* 16. & *ibi* Groenewег. Quamvis

de eâ opinione dubitari poſſet propter debitorum per matrimonium confuſionem.

XIV. Aliquoties Curia judicavit Maſſariam ex prorogatione fori in contractu à marito adhibitâ non obligari, ne poteſtatis maritalis fictio ultra ſuos terminos operetur, & poſt mortem fori privilegium ſubvertat: aliter ſentit Argentræus *ad C. B. art.* 11. *verb. eſt faict.* quem ſequitur Sandius *lib.* 1. *tit.* 1. *def.* 3. Eadem Curia cenſuit viduam non teneri ad aſſumenda inſtrumenta ſeu armamenta litis, quam maritus tutorio nomine abſque bonorum adminiſtratione geſſerat, 16. *Martij* 1663. *in causâ vande Vrouwe van Heemſtede, contra de Baroneſſe van Erp.*

CAPUT VIII.

De domo Mortuariâ ejuſque debitis.

I. *Quis teneatur funeris impenſas ferre.*

II. *Quænam ſub ſumptibus funerum comprehendantur.*

III. *An ſumptibus privignorum noverca veſtiatur.*

IV. *An noverca uſufructuaria æs alienum exſolvat, an vero privigni.*

V. *An noverca pro debito prioris matrimonii excuti*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

excuti poſſit, antequam privigni convenian-tur.

VI. *An in repetitione dotis noverca privignis præferatur.*

I.

EA, quæ humando corpori impenſa ſunt, non de patrimonio uxoris aut bonis communibus, ſed ex ſolius defuncti hæreditate deduci debent, *l. impenſa* 45. *ff de relig. & ſumpt. fun.* Novercæ autem, cujus nulla necdum eſt hæreditas, imputari nequeunt; diſſoluto enim morte conjugis matrimonio, & ſocietate fato interruptâ debita funeris, utpote poſt diſſolutionem contracta, communicari non debent, ſed à ſolo defuncti hærede ſuſtineri *l.* 16. *ff de relig. & ſumpt. funer.* & ibi Groenew.

II. Funeris autem ſumptus ille tantum intelligitur, qui corporis causâ erogatur, ut unguentum, ſarcophagi, veſtiaria, *l.* 14. §. 4. *l.* 37. *ff de relig. & ſumpt. fun.* non vero veſtes, aut alia, quæ ad pompam magis, quam neceſſitatem ſpectant; veſtes enim & veſtiaria in *d. ll.* ſunt tegumenta, quibus corpus apud veteres involvebatur, Garſias *de expenſ. cap.* 8. *num.* 17. funeris ſumptus, inquit Ulpianus in *d. l.* 14.

§. 3. is demum videtur, qui ideo fuit, ut funus ducatur, ſine quo funus duci non poſſet; adeo autem ſtrictè à Juriſconſultis hæc determinata ſunt, ut pateat, in quibus privilegium funerariæ actionis obtineat, & quantum neceſſario humando corpori debeatur, non vero quantum funeri impendi oporteat; ea enim pro diverſitate regionum aut dilatantur, aut limitata ſunt, Coſta *de ration. rat. quæſt.* 144. *num.* 14. Sæpius autem apud nos definitum eſt, etiam chirothecas, veſtes lugubres, funebre convivium, & quæ ſic porro ex ambitione potius, quam rectâ apud nos conſuetudine introducta ſunt, funeris ſumptu contineri, Ant. Matthæus *de auction. lib.* 1. *c.* 19. *num.* 9.

III. Cum itaque veſtes lugubres inter funeris ſumptus numerentur, etiam novercam privignorum ſumptibus veſtiendam eſſe evincitur; communiter etiam D. D. placuit veſtes lugubres conjugi ſecundum conſuetudinem aut deberi, aut denegari, Surdus *deciſ.* 255. *num.* 28. Boërius *ad Conſ. Bitur. tit.* 8. §. 4. *gl.* 1. *lit.* z. Aufrer. *ad Capell. Tholoſ. deciſ.* 337. *num.* 3. Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 197. Thom. Grammatic. *ad Afflict. deciſ.* 315. Pannus autem lugubris inter ſumptus domus mortuariæ, qui ab hærede præſtari debent, numerari ſolet; qui enim pannum lugubrem apud nos vendidit, præfertur reliquis creditoribus, Matthæus *d. cap.* 19 *num.* 9.

num. 9. nec diſtinguitur, an in famulos, an vero in uxoris veſtimenta impenſus fuerit, quod verum non foret, ſi ſub funeris ſumptu hæc non continerentur, funeraria enim alioquin actio & privilegium non competeret. Apud alias gentes, quarum moribus ſub funeris expenſis veſtimenta non continentur, noverca ſuis, non privignorum impenſis maritum luget, Groenew. *ad l. unic.* §. 7. *C. de rei uxor. act. num.* 4. *poſt Gomeſ. Argent. Garſiam, Coren allegat.* Poſtquam enim ſeparantur patrimonia, de ſuo novercam ali, & veſtiri oportet; præſertim apud nos, quibus dotes incognitæ: ſola equidem dotis cauſa pro fundamento iis eſt, qui abſolutè & ſine conſuetudinis reſpectu ab hæredibus Novercam veſtiendam dictitant, cum enim jure Romano mobilia dotis bona intra annum demum à morte mariti uxori reſtituenda ſint, *l.unic.* §. 7. *C. de rei uxor.action.* uxorem à mariti hæredibus intra annum luctus alendam eſſe inde colligunt interpretes, Anton. Guibert. *de dote c.* 6. *num.* 18. Sub alimentis autem veſtimenta contineri dubium non eſt, *l.* 43. *l.* 234. §. 2. *ff de V. S.* Et quamvis ea opinio de reſtitutione dotis dubio non careat, ſaltem illud ex ipsâ lege patet, non ulterius mariti hæredes lucrari fructus rei dotalis intra annum reſtituendæ, niſi eos, qui ex rebus mobilibus poſſent proficiſci, ita ut prædicta D. D. ſententia de alendâ uxore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

hæreditatis impenſis, donec reſtituta dos fuerit, ad particularem demum caſum reſtringenda foret, ſi ſcilicet tota uxoris dos in mobilibus conſiſtat; cum enim immobilia ſtatim reſtituenda ſint, etiam noverca habet, unde ſtatim ſeſe alat & veſtiat, ſi quid immobile in dotem contulerit; Cæterum cum hæc repetendæ dotis forma & modus apud noſtrates exoleverit, & intra breviſſimum tempus uxori ſua dos reſtituatur, ſeu portionem ſibi debitam poſſit obtinere, prædicta juris civilis, ſeu Interpretum ratio ceſſat, ita ut noverca ſuis ſumptibus veſtienda foret, niſi in contrarium conſuetudo extiterit.

IV. Æs igitur alienum, quod ex causâ funeris & ſimilibus contractum eſt, à mariti hæredibus ſolvi debet, ad quod ſinguli pro hęreditariâ portione obligati ſunt *l.35.§.1.π de hæred. inſtit. l.1.C.ſi cert.petat. l.2.C.de hæredit. action.* Ubi autem per bonorum venditionem debitis ſatisfaciendum eſt, noverca ſi uſufructuaria conſtituta fuerit, ſicuti liberi in rebus venditis proprietatem, ita ipſa pro ratâ uſumfructum amittet, ut tanto minus ex uſufructu percipiat, Coſta *de ration. rat. quæſt.* 150. Leonin. *Conſ.* 74. Grivell. *deciſ.* 95. Mohedan. *deciſ.* 123. Hartmann. Piſtor. *lib.* 2. *part.* 1. *q.* 10. Cum enim bona cujuſque intelligantur, quæ deducto ære alieno ſuperſunt, *l.* 30. *π pro Soc. l.* 39. §. 1.

l. 165.

l. 165. *de V. S.* etiam ante omnia ex hæreditate deduci debet, ſi quod æs alienum emerſerit, *l.* 69. *π ad L. Falcid.* Sande *lib.* 5. *tit.* 3. *def.* 1.

V. Cæterum pro debitis mariti noverca non minus conveniri poteſt, quam ipſius hæredes; debitum quidem ipſo jure liberos ex ſucceſſione, & maritum ex contractu afficit, ſed novercam ſeu conjugem etiam per matrimonium iiſdem debitis ſtatutum involvit, ita ut pro debitis prioris matrimonii teneatur, licet liberi ex eo ſuperſtiterint; ſed num eidem ordinis & excuſſionis exceptio adverſus privignos dabitur? æquitas ſanè eam efflagitat, quam tamen jus ipſum videtur denegare: Creditoribus apud noſtrates datur electio, quem ex conjugibus in ſolidum velint convenire, conceſſâ interim mandati actione, & regreſſu ſolventi dato adverſus conjugem non ſolventem, aut ipſius hæredem, ut & ille dimidium conferat, aut ſi per pacta dotalia alter conjugum ſibi caverit, totum quod ſolutum eſt, repetendi facultas ſuppetit; Si ex mero ſtatuti jure rem æſtimaveris, electio creditoribus concedenda eſt, an conjugem ſuperſtitem, an vero defuncti hæredes convenire velint, Lambert Goris *tractat.* 1. *c.* 4. *num.* 15. Jus enim, quod ex lege creditoribus competit, privatorum pactionibus inverti non poteſt, *l.* 25. *C. de pact.* Si quid circa communionem immutatur, ſolos conjuges tangit, non vero conveniendi

niendi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

niendi facultatem creditoribus eripit; abſque ullâ enim diſtinctione diſpoſitum eſt, debita omnia, ſive ante, ſive poſt matrimonium conflata marito & uxori fieri communia, quodque adverſus utriuſque bona actio hujuſmodi executioni mandari poſſit, Statut. Ultraj. *Rubr.* 22. *art.* 3. Unde cum hic caſus extitiſſet, licet noverca non tantum bonorum communionem excluſam aſſereret, ſed & ſpecialiter pactis dotalibus, ne debitis mariti teneretur, conventum doceret, ſeque propterea non prioris matrimonii æri alieno, ſed privignum eſſe obnoxium, nihilominus repulſam tulit, idque Curia judicavit confirmatâ Scabinorum Trajectenſium ſententiâ, 7. *Aprilis* 1655. *in causâ Margaretæ Pellecorne contra Ioan. à Weſtrenen cum ſociis.* Verum ſi æquitati locus ſit, rectius creditor novercam audiet, ut oblatâ per eam cautione de debito ſatisfaciendo, ſi liberi vel hæredes mariti ſolvendo non fuerint, eos primo conveniat, quos lex aut elogium ad hæreditatem vocaverit; licet enim in ſolidum abſque omni exceptione excuti noverca poſſit, naturam tamen ſubſidiariæ actionis aliquo ſaltem modo videtur ſapere hæc in jus vocatio, cum tantum repetitura ſit noverca, quantum pro debito mariti, ſeu in totum, ſeu pro parte ſolverit, Goris *d. loc. n.* 17. itaut jam per unum judicium abſolvi poſſit, ad quod alioquin duo judicia deſiderarentur, unum

ſcilicet,

ſcilicet, quo creditores ſuum conſequerentur, alterum quo noverca ſolutum repeteret. Planè odioſa eſt hujus ſtatuti diſpoſitio, & à jure civili omnino improbata, *tot. tit. C. Ne ux. pro marit.* Præſertim ubi debitis prioris matrimonii uxor adſtringitur, cum tamen excluſâ bonorum communione nihil de quæſtu lucrove ejuſdem auferat, quod cum naturâ ſocietatis vix convenit *l.29. §.2. π̄ pro Socio.* Benignius itaque foret, ſi oblatâ cautione & actione creditorum manente illæsâ per privignum noverca à lite eximatur, cum adverſus eundem habitura ſit regreſſum, ſi ſuccubuerit. Nec adeo longè hinc abludit, quod David Mevius *ad Ius Lubec. lib.* 1. *tit.* 5. *art.* 7. *num.* 67. tradit, uxorem ſcilicet, quæ ex eâ causâ executioni intervenerat, quod creditores, qui ex mariti bonis ſuum facilè poſſent conſequi, in ſua prædia eſſent immiſſi, æquis auribus auditam eſſe; quamvis ipſorum jure actio in uxorem conceſſa merè ſubſidiaria ſit, quod moribus noſtris ſecus eſt. Quod ſi creditores ab inceptâ lite non deſiſtunt, novercæ conſulendum eſt, ut libello ſupplice petat à judice mandatum, quo privignis interdicatur, ne bona ulla in præjudicium novercæ pendente lite oppignorent, vendant, aut ullo modo alienent, ne privigni debitoris inopia legitimam conjugis actionem excludat.

VI. Ubi vero noverca per excluſionem com- L², 109-52

munionis

munionis bonorum & æris alieni aliiſque pacto-rum dotalium conditionibus legitimè & ſuffi-cienter ſibi caverit, non tantum pro debitis ma-riti conveniri non poteſt, ſed ipſa nomine re-rum dotalium mariti creditrix reliquis præfer-ri debet, ita ut rebus extantibus competat rei vindicatio, aut iis conſumptis tacita in mariti bonis pro dote hypotheca *l.* 30. *C. de jur. dot.* & ibi Groenew. Ubi vero diſceptatio de privi-legio creditorum deficientibus mariti bonis in-tercedit, licet ea læſa extraneis præferatur, privi-gnis tamen cedit, ſi unà cum illis maternam do-tem repetentibus concurrat; qui enim eodem privilegio, & æque pingui utuntur, ſi inter eos controverſia fuerit mota, qui antiquius pri-vilegium poſſidet, ex causâ prioritatis ſocium vincit; præſuppoſitâ itaque diſtinctione inter dotem extantem & conſumtam, ſi quid ex dote novercæ extare reperiatur, in eo, quod ſupereſt, eam privignis præferemus, ubi vero conſumpta ipſius dos fuerit, omnino liberi prioris matrimo-nii Novercæ in repetitione maternæ dotis ante-ferendi ſunt, *l.* 12. §. 1. *C. qui potior. in pignor. hab. Nov.* 91. *cap.* 1. Neguzant. *de pignor. & hy-poth. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 96. Meyrer. *de pri-vileg. credit. lib.* 2. *tit.* 5. *nu.* 16. *& ſeqq.* Garſias *de Expenſ. c.* 13. *num.* 13. Carpzov. *Reſponſ. Iur. Elector. lib.* 4. *tit.* 3. *reſp.* 22. *num.* 9. *& ſeqq.* Me-vius *ad Ius Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 31. *num.* 10.

Caput

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

CAPUT IX.

De Teſtamentariâ Succeſſione.

I. *An* l. hâc edictali. *in reciproco Conjugum uſufructu locum habeat.*
II. *An binuba ſecundo marito validè cedat vel leget jus quæſtus & diſpendii.*
III. *Quid aliæ nationes hic obſervent.*
IV. *De uſufructu inæquali in ſecundo matrimonio ad æqualitatem redigendo.*
V. *De legato ſub conditione cohabitationis novercæ per maritum relicto.*
VI. *An ſimpliciter inſtitutâ uxore ante ſecundum matrimonium Noverca veniat.*
VII. *An ſub nomine liberorum in teſtamentis, tam poſterioris, quam prioris thori liberi contineantur.*

I.

CUm ex ſtatuto noſtro conjugalis munificentia coarctetur quoad proprietatis tranſlationem, nihil eſt frequentius, quam ut ſibi invicem reciproco bonorum uſufructu conjuges proſpiciant, quo ſocietas, quam fata interruperint, etiam ultra fata in fructibus obtineat; quæ ultima liberalitas non tantum in proprietate per ſtatutum coërcetur, ſed etiam civili

civili conſtitutione ad certam portionem in fructibus determinata eſt : quod de proprietate in *l. hâc edictali.* præſcribitur, in uſufructu alio modo obtinebit, æquali tamen æſtimatione deducendo, quod contra legem ſuperfluum judicabitur; licet enim reciproci uſufructus conſtitutio naturam non merè lucrativam contineat, propter incertam dubii caſus exiſtentiam, non tamen omnino lucri expers ex conjugum causâ dici poteſt, quos, ſi quod lucrum obvenerit, ſolos ſpectat, liberis planè nihil inde ſperantibus; poſſet quidem ante patrem Noverca mori, ita ut ſuperſtes in liberorum commodum uſufructu gaviſurus ſit, nihil tamen eſt, quod liberis injungit dubiæ fortunæ aleæ ſubſtantiam ſuam exponere, quibus lex certiſſimè proſpexit, quæ cum prohibeat ne majorem partem Noverca quocunque titulo capiat, quam minima filiorum portio eſt, omnem penitus munificentiam tam per modum uſusfructus, quam proprietatis ad hoſce cancellos coërcuit, ne legis vigor & intentio ſervatis ejuſdem verbis circumveniatur, *l. 5. C. de Legib.* neque enim ex lege tantum eſt, quod verbis ejuſdem continetur, ſed & illud quod ex legis ſententiâ elicitur, *l. 6. §. 1. π de V. S. l. 30. π de Legib.* Non autem tam modum & formam relicti hic conſideramus, quam quidem effectum rei, *Novell. 2. c. 28.* licet autem non ipſa bonorum proprietas liberis

liberis diminuatur, tamen jus ipſum ex fructibus bonorum proprietatem tractu temporis colligendi tollitur, ex morte enim parentis jus liberis per legem quæſitum eſt, quo proprietatem petant, *l. quoniam in prioribus* 32. *C. de inoff. teſtam.* Deinde quicquid filialem portionem excedit, generaliter Lex *hâc edictali.* minuit; uſusfructus autem & in bonis eſt, & ut reliqua per Falcidiam diminuitur, *l.* 29. *π de uſufruct.* Facienda igitur computatio eſt, ad ſimilitudinem alimenti ex ultimâ diſpoſitione ad vitam debiti, quæ à Juriſconſulto in *l.* 68. *π ad Leg. Falcid.* præſcribitur, reſpectu ætatis habito ineunda; uſusfructus enim non minus quam reliquæ liberalitites Legi *hâc edictali.* ſubjacet, Hieronym. à Laurentiis *deciſ. Rot. Avenion.* 95. *num.* 4. Lancellot. Gallia *ad Conſuet. Alexandrin. in verbo, ſolidos, quæſt.* 5. *num.* 8. Cancer. *variar. reſol. part.* 3. *c.* 2. *num.* 179. Joan. Papon. *ad Conſ. Borbon.* §. 251. *verb. Recompenſée.* Bertazzol. *lib.* 1. *Conſ. Deciſiv.* 81. *num.* 15. Gratian. *tom.* 4. *Diſceptat. Forenſ. cap.* 702. *num.* 28. Coſta *de ration. rat. quæſt.* 85. *num.* 10. Fontanella *de pact. antenupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 4. *num.* 33. ita ut etiam legata alimentorum inde reſtrictionem patiantur, Surdus *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 9. Nec minus eadem diſpoſitio in mutuâ uſusfructus gratificatione inter conjuges, quam in ſimplici uſusfructus conſtitutione locum ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

bet, Barry *de ſucceſſion. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 33. atque ita Curia Ultrajectina judicavit, 2. *Aprilis* 1653. *in ſæpius dictâ causâ viduæ liberorumque Danielis Hoorens.* idque doctiſſimè, uti ſolet, proſequitur Ampliſſim. Dominus Rodenburg *de jur. Conjug. lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 4. *num.* 18. *poſt Argentr. Peck. Mainard. Gomeſ. aliosque allegat.* tantumque docet Novercæ in proprietate aſſignandum, quantum minima filiorum portio contingit: ut ſic facilius exſtincto uſufructu reliquæ in familiâ controverſiæ emori queant. Et in hanc ſententiam arreſtum exſtat latum 23. *May* 1629. *in causâ van Hillichjen Everts contra Iacob Iaſperſſz van Ceulen*, quo Curia declaravit in Novercæ arbitrio eſſe, num filialem in proprietate portionem velit capere, an vero ex uſufructu ejuſdem valorem percipere, ita tamen ut intra duas à latâ ſententia ſeptimanas explicet, utrum ex præmiſſis allubeſcat.

II. Nec tantum hæc ea ſpectant, quæ legitimè condito elogio relinquuntur, ſed etiam talia pacta, quæ in vim ultimæ voluntatis effectum ſortiuntur. Moribus Noſtratium inter conjuges gratificandi poteſtate inhibitâ, etiam acquæſtus cedendi munificentia prohibetur; licet enim ſubtiliter magis, quam ſecundum Juriſprudentiæ veritatem reſponſum ſit, in fraudem legis nihil committere, qui acquirendi occaſione non utitur, *l.* 68. §. 1. *ff. pro ſocio*

L² 67-124
L² 130-13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ſocio. nec qui lucro obventuro renunciat, patrimonium diminuere, *l. 6. §. 2. π̃ quæ in fraud. credit. l.* 134. *π̃ de Reg. Iur.* Veritati tamen magis congruum eſt in prohibitam munificentiam hanc ceſſionem acquæſtus incidere; qui enim jus acquiſitum remittit, parum diſtat à donante, nec minus pauperior fieri dicendus eſt, qui actionem legitimè competentem in commodum alterius repudiat, dum rem quam in bonis habiturus erat, habere deſinit, *l.* 4. *π̃ de donat. int. vir. & uxor.* Valaſc. *deciſ.* 103. *num.* 29. Thomas Herbajus *rer. quotidian. c.* 17. Præſertim apud nos, ubi vi ſtatutariæ communionis lucra ipſo jure ſtatim inter conjuges fiunt communia, eaque verè uterque poſſidet, nullâ traditione aut ceſſione interveniente, Garſias *de acquæſt. conjug. num.* 12. Joan. à Sande *lib.* 2. *tit.* 5. *def.* 6. Groeneweg. *ad l.* 5. *C. ſi quis alter. vel ſibi.* Gomeſ. *ad Leg. Taur.* 50. *num.* 76. Lambert. Goris *tract.* 1. *c.* 5. *poſt Valaſc. Grivell. Covarr. Zuares. ibid. allegat.* Apud Hollandos vero & alios quidem prohibita eſt inter conjuges acquæſtuum donatio matrimonio jam conſtante facta; veruntamen ſi donator ad extremum in eâ voluntate perſiſtat, in vim ultimæ voluntatis lucri renunciatio convaleſcit, ſi quidem in illud tempus jam excurrit, quo conjuges eſſe deſinunt, *l.* 1. *l.* 3. *l.* 25. *C. de donat. int. vir. & uxor.* Quæ pacta, renunciationes & ſimiles

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

miles conventiones, quoniam ex moribus jure teſtamenti cenſentur, per *leg*m. *hâc edictali*. reſtringenda ſunt, ne filialem portionem gratificatio excedat, cum in acquæſtuum communione præcipua ſæpe bonorum conjugalium moles conſiſtat, atque ita deciſum refert Neoſtadius *de pact. antenupt. obſerv.* 4. *in not. verſic. & licet.*

III. Apud Hiſpanos autem & Luſitanos ratione ætatis munificentia in ſecundo matrimonio, exiſtentibus prioris thori liberis, etiam coërcita eſt. Mulier quinquagenaria ſi deſcendentes habeat, & ulteriores faces requiſierit, apud illos non ultra tertiam bonorum partem communicat, aut relinquere poteſt vitrico, cum ipſe, qui quinquagenariam ducit, nullam prolis rationem habeat, nec veri matrimonii finem reſpiciat, ſed pecuniæ & lucris ex priore matrimonio comparſis & ad viduam devolutis inhiare præſumatur, & turpibus blanditiis in liberorum fraudem à maritatâ vetulâ extorquere, Georg. de Cabedo *part.* 1. *deciſ.* 114. Ant. de Gamma *deciſ.* 90. & 320. Valaſc. *deciſ.* 103. *num.* 10. Quæ diſpoſitio de quinquagenariâ non adeo etiam Gallis diſplicet, uti ex iis patet, quæ Mornacius *ad l. unic. C. de Inoff. dotib.* adjecit; à quo non longè differt ſententia ab Auguſto lata in causâ cujuſdam Septitiæ, quæ cum jam effœta Publio ſeni nupſiſſet, eundemque heredem ſcriberet, improbatum fuit ſupremum ipſius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ipſius judicium, promiſſamque ſeni dotem & maternam ſimul hæreditatem liberis Imperator juſſit reſtitui, Valer. Maximus *lib.7.cap.7.* Accia Valeriola illuſtris fœmina ab octogenario patre in Novercæ gratiam, intra breviſſimum matrimonii tempus exhæredata, cauſam ipſius agente Plinio Secundo, adverſus paternas tabulas reſtituta eſt judicio Centumvirali, ad quod ſpectabat hujuſmodi querelarum cognitio, Sibrand Siccama *de judic. centumvir. libr.* 2. *cap.* 7. Quod ſi major qninquagenariâ, inquit Ulpianus *in fragment. tit.* 16. minori ſexagenario nupſerit, impar matrimonium eſt, & ex Senatuſconſulto Calvitiano (vel ut Cujacius legit, Claudiano) jubetur non proficere ad capiendas hæreditates, aut legatas dotes. Eſt etiam apud Gallos aliud edictum Blæſenſe Henrici Tertii, uti dicto loco apud Mornacium videre eſt, quo diſpoſitum fuit, ne viduæ, quibus liberi ſuperſunt, ſi cum vili & indigno homine vel famulo ſecundas nuptias contrahant, quicquam in ſecundum maritum quocunq; etiam titulo transferant.

IV. Uſumfructum ex *l. hâc edictali.* ſupra reſtrinximus, jam videndum quid circa eundem ſtatutum diſpoſuerit. Uſusfructus ex ſtatuto noſtro debet eſſe reciprocus, & inſuper etiam æſtimatione ſeu numero & modo particulari æqualis, Statut. Ultraject. *Rubr.* 22. *art. ultimo.* L. 65-120

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Accidit autem non raro, ut qui liberos prioris thori habet, Novercam ipſorum, ſeu ſecundam conjugem uſufructuariam conſtituat in iis ſolummodo bonis, quæ ad poſterioris matrimonii liberos perventura ſunt, conſtituto ſic viciſſim uſufructu à parte Novercæ, qui totam ipſius maſſam abſorbet, nullo bonorum genere excepto, utpote cui alii hæredes niſi liberi exſtituri non ſunt; univerſaliter quidem uſusfructus reciprocè legatus ſecundum leges noſtras ſubſiſtit, nec mutatur, aut diminuitur, licet quædam bona jus ipſum ſeu leges regionis, ut in bonis immobilibus Geldricis ſervatur, exceperit; quod ſi vero hominis facto ſeu teſtamento ab alterutro conjugum quicquam exemptum fuerit ex bonis, qui univerſalis antea uſusfructus ſubſtitit, in particularem convertitur, Clariſſ. Dominus Rodenburg *de jur. Conjug. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 4. *num.* 43. Non quod inæqualitas planè faciat uſumfructum corruere, ſed illud quod immoderatè geſtum eſt, ſub ſpecie ſimplicis donationis infirmando ad æqualitatis terminos uſusfructus conſtitutionem redigit, Rodenburg *d. loc. num.* 55. *& ibid. Argentræus.*

V. Accidit quandoque, quod maritus legatum aliquod aut munificentiam ſecundę conjugi relinquat eâ conditione adjectâ, ut omni ſeparatione & diſtractione ſocietatis ſepoſitâ ad mutuum commodum cohabitet, & Noverca cum liberis

liberis prioris matrimonii in domo teſtatoris morari per ultimam diſpoſitionem rogetur: ea equidem, quæ pro conditione legato aſcripta ſunt in formâ præſtari neceſſe eſt, quâ deficiente etiam ipſum legatum de jure corruit, *l. qui hæredi* 44. *l. illis libertis* 84. *π de Condition. & demonſtrat.* Quod ſi igitur in domo mariti cum privignis non remanſerit, privanda iis alimentis & uſufructu videretur: verum aliud D. D. placuit ſtatuendum in legato novercæ ſub hâc conditione relicto, ſi quidem odia inter ipſam & privignos præſumi ſolita quietam & pacificam cohabitationem videantur excludere, nec commodè ſatis aut honeſtè hæc conditio poſſet adimpleri, rixis & contentioſis ſermonibus domum perpetuo infeſtantibus, ubi ſemper in adverſum agitantur omnia, nec quicquam placet alteri, quod ab altero dictum geſtumve fuerit, atque ita decidunt Bartol. *ad l.* 5. *π ubi pupill. educ. deb.* Nicol. Bellonus *conſil.* 31. *num.* 5. Vincent. Carocius *deciſ.* 119. *num.* 12. Surdus *de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 15. *num.* 25. & 26. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 144. *num.* 14. Montan. *de tutel. cap.* 32. *Regul.* 9. *num.* 237. Zoannett. *Rer. Quotid. cap.* 34. *num.* 3. Borgin. Cavalcan *de uſufr. mulier. relict. num.* 138. Mihi vero diſtinctione videtur temperanda hæc opinio, & judicis potius arbitrio relinquenda, ut inquirat, num ſubſit cauſa, cur ab expreſsâ teſtatoris voluntate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

poſſit hic recedi, Matthias Stephani *de offic. judicis. cap.* 129. Mar. Giurba *ad Conſ. Meſſan. part.*1.*c.*7.*gl.*7. *nu.* 10. *in fin.* Cæterum qui cauſam iſtius divortii, ſeu diſſolutæ ſocietatis dederit, etiam pænam luat; cadat noverca uſufructu, ſi per eam ſteterit, quo minus adimpleatur conditio, *d. l. illis libertis* 84. π *de Condit. & demonſt.* nec è converſo liberi eo gaudeant, ſi malitiosè novercam habuerint, nec reverentiam legibus conformem exhibuerint; non enim tanta & tam iniqua contra privignos juris præſumptio eſt, ut eos in culpâ diſſolutionis & rixarum ſemper reputet plaudente novercâ, cui gravamen per teſtatorem impoſitum fuerit; præcipua enim conditionalis hujus legati cauſa eſt cohabitatio, ita ut non tam Novercæ, quam quidem liberis prodeſſe maritus voluerit, & non tam propter uxoris merita, quam quidem in compenſationem officii & beneficii liberis poſt mortem ſuam ex cohabitatione præſtandi, hujuſmodi ultimum elogium teſtator confecerit, *l.* 7. π *de Ann. Legat.* & in hanc ſententiam extat Rotæ Avenionenſis arreſtum apud Hieronim. à Laurentiis *deciſ.* 95. *num.* 2. ubi novercæ ſuper privignis querelanti, & contra mariti diſpoſitionem alimenta extra domum poſtulanti injunctum fuit, ut legitima ſeparationis indicia, & ſolvendæ ſocietatis argumenta depromeret. Quę

ſolo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ſolo Novercæ juramento probari non rectè ſtatuunt Cravetta *conſ.* 268. *col. penult. verſ.* 9. & Seraphinus *de Privileg. Iuram. Privileg.* 7. *num.* 24.

VI. Vidimus igitur quouſque & ad quantam portionem inſtitui noverca poſſit ſive in uſufructu, ſive in proprietate, & hoc quidem ubi expreſſo nomine uxoris elogium ſuum ultimum teſtator condidit, videndum jam, an ſimpliciter inſtitutâ uxore ſine nominis aut cognominis expreſſione, eo etiam teſtamento noverca ſeu ſecunda uxor contineatur, ſi ſcilicet tempore prioris matrimonii inſtitutio interceſſerit; juris quidem eſt, ut inſtituto poſthumo, non ſolum, qui in utero tunc eſt, vocatus cenſeatur, ſed etiam quicunque poſthumus ex quacunque uxore naſciturus, *l. placet* π *de liber. & poſthum.* Fideicommiſſum agnatis relictum etiam nondum exiſtentes & futuros complectitur, *l.* 32. §. *ult.* π *de Legat.* 2. Verum alia in iis ratio eſt, & diverſa ab illâ, quæ circa uxorem ventilatur; ratione ſanguinis inſtitutionem à patre poſthumus nanciſcitur, eadem autem in omni poſthumo reſpectu patris ſanguinis cauſa eſt, nec diverſitas uteri diverſitatem ſanguinis quoad ipſum introducit; deinde ex æquitate hoc jus paterni teſtamenti deſcendit, ne ſcilicet præterito poſthumo ex aliâ uxore paternum teſtamentum agnatione ſui filii rumpatur,

 ſed

ſed potius favorabiliter convaleſcat; quod autem de agnatis dictum eſt, idem nomen & cauſa omnes æquè tangit, eadem ſcilicet conſervandæ familiæ ratio in omnibus verſatur, nec Titio aut Cajo agnatis hic teſtator tam favet, quam quidem familiæ & poſteritati, in quâ omnes etiam futuri numerantur; de iis igitur tempore conditi teſtamenti teſtator cogitaſſe præſumitur, quod in causâ uxoris ſeu Novercæ ceſſat; quamdiu enim uxor ſuperſtes eſt, maritum de ſecundâ uxore cogitare neque leges præſumunt, nec honeſtas patitur; conjugalis amor & arctitudo optare conjugis mortem prohibent, quæ vel ſolo animo concepta marito miſerias & ægritudines creat, ita ut de alterâ ducendâ, præſertim ubi liberi ſuperſunt, deliberaſſe non credatur; deinde quæ prioris conjugis causâ parata ſunt, ita demum poſteriori debentur, ſi ei aſſignata fuerint, quia non eſt de poſteriore uxore cogitatum, cum pararentur, *l. 47. in fin. π de Legat. 3.* Quæ ſane præſtitâ marito reverentiâ & honore, quæque bonis caſtiſque moribus prior uxor fuerit promerita, ad poſteriorem (cujus, dum conderetur teſtamentum, nec amor, nec præſumptio apud maritum fuit) pertrahi non poſſunt; remuneratio ſolum eam tangit, quæ officium præſtitit, eaque Peckii ſententia eſt *de teſtam. conjug. libr.* 1. *c.* 3. Franciſc. Caldas *de poteſt. eligend. ad emphyt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

phyt. lib. 3. *c.* 13. *num.* 54. latiſſimè Surdus *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 13. Quicquid enim de matrimonio, aut actu aliquo dicitur, de primo ſemper in jure intelligi ſolet, nec ad poſterius trahitur, *l. boves* §. *hoc ſermone* ℼ *de V. S.* & *ibid. D. D.* atque ita etiam dotem, tempore prioris matrimonii conſtitutam, in poſteriore repetitam non cenſeri Supremus Friſiæ Senatus judicavit apud Sandium *lib.* 2. *tit.* 2. *def.* 3. Freder. Solis *de dot. quæſt.* 25. Alii diſtinctione rem expediunt, quibus placuit uxoris nomine etiam ſecundam conjugem comprehendi, ſi ſcilicet cælebs & ante matrimonium teſtator ultimam voluntatem condiderit, quod ſecus ſtatuunt, ſi vivâ uxore & ſtante matrimonio teſtamentum maritus fecit, vide Guitierrez *de matrimon. cap.* 11. *num.* 9. *poſt ibid. allegat.*

VII. Sequitur de dubiâ teſtamenti paterni interpretatione quæſtio; conjugum ſcilicet ultima diſpoſitio reciproca maſculos ſæpe præfert fæminis, quod de jure ſubſiſtit, verum num teſtamentum illud, ſeu inſtitutio tam de maſculis prioris matrimonii, quam poſterioris thori ſimiliter intelligi debeat non ſatis expeditum eſt, cum non tantum ex præſumptione, ſed etiam ex validitate teſtamenti hoc dependeat; præſupponi igitur debet, licet in unâ membranâ hoc teſtamentum à conjugibus ſimul conditum fuerit, non unum tamen eſſe, ſed duo teſtamenta

continerí,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

continineri, numerus enim teſtantium etiam teſtamenta multiplicat, ita ut ab altero conjugum pro ſuâ parte, (cum duarum perſonarum etiam duplex ſit hæreditas) revocari & mutari omnimodo poſſit, Valaſc. *conſult.* 7. Joan. Bapt. Larrea *deciſ. Granat.* 60. Peckius *de teſtam. conjug. lib.* 1. *c.* 43. Herman. Meyrer. *de teſtam. ſucceſſ. lib.* 1. *tit.* 10. Mevius *ad jus Lubec. part.* 2. *tit.* 1. *art.* 10. *num.* 26. Franc. Kinſchot. *reſponſ.* 34. Sigiſmund. Finckelthaus *obſ. pract.* 90. *num.* 9. Didac. Spino *de teſtam. gl.* 18. *num.* 53. Andr. Lipski *cent.* 2. *obſerv.* 48. Confirmatur itaque teſtamentum conjugis per mortem, ſed non quoad alteram ſuperſtitis hæreditatem, duo enim teſtamenta ſunt, uti allegati Doctores teſtantur, quorum alterum jam ſortitur effectum, alterum ad extremum ſpiritum manet revocabile; habeant maſculi prioris thori beneficium & meliorationem in maternis bonis factam, in bonis vero paternis utriuſque thori maſculi æquali jure gaudeant in aſſignatâ à patre maſculis portione, licet teſtamentum tempore prioris conjunctionis factum fuerit, nec extiterint, qui hæreditatem jam dividunt, Franciſc. Kinſchot. *reſponſ.* 30. Scriptis enim liberis hæredibus, tam de iis, qui ex primâ, quam qui ex ſecundâ uxore naſcuntur, intelligi debet inſtitutio, ne poſthumi nativitate ruptum teſtamentum contra teſtatoris voluntatem non conva-

leſcat

 9-1

eſcat, *l. placet ff de liber. & poſthum.* Mantica *de conject. ultim. volunt. lib. 4. tit.* 10. Didac. Alvarado *de conjectur. ment. defunct. lib. 3. c.* 1. *num.* 10. Æqualis amor præſumitur erga omnes, quos æqualis ſanguinis linea conjungit, præſertim ubi pro validitate teſtamenti, hæreditatis conſervatione, benigno parentis animo conjecturæ favorabiles ſeſe conjungunt, Kinſchot. *d. reſponſ.* 30.

SECTIO I.

I. *An Noverca poſſit executrix conſtitui.*

II. *An ſine onere reddendi rationes aut inventarii conficiendi.*

III. *Si à teſtatore mandata ſit alicui ſecreta voluntatis executio, an ad privignorum petitionem teneatur declarare, in quos uſus rem ſibi commiſſam ſit converſurus.*

I.

AD controverſias, quæ circa binuborum teſtamenta oriuntur, etiam ea ſpectat, quę de executione defunctique ultimo mandato movetur; num ſcilicet noverca executrix teſtamento conſtitui poſſit? Et generaliter quidem Scævola reſpondit, etiam mulieri non eſſe denegandam executionem teſtamenti, *l. à filio* 15. *ff de alim. & cib. legat.* Jacob. à Canibus

de

de execut. ult. vol. part. 1. *num.* 46. Peckius *de teſtam. conjug. lib.* 1. *c.* 12. *num.* 1. In tantum, ut non ſolum vidua, ſed & maritata ad executionem teſtamento conſtituta, admittatur, dummodo ubi lis intentata aut judicium motum fuerit, uxorio nomine illud maritus ſuſcipiat, Ampliſſ. Dominus Rodenburg *de jur. Conjug. part.* 2. *tit.* 3. *c.* 1. *num.* 5. Quod ſi igitnr generaliter fæmina removeri non ſoleat, nihil eſt, quod novercam arcere ab executione valeat; cuique datum eſt eas perſonas eligere, quas lex antea non exceperit: Nec ſane tam ſiniſtrè de paterno animo præſumendum eſt, ut liberis executricem obtrudat novercam, quam ſuo ſanguini novit eſſe inſidioſam, & hæreditati per malas artes inhiare; non etiam legitimos tramites excedit noverca, dum extranei ſolummodo jure utitur: ſæpius res ipſa efflagitat, ne patrimonii vires pandantur, ſi bene igitur novercæ cum privignis conveniat, quo minus hæc ita conſtitui poſſint quid prohibet? Non equidem movere nos debet quod ſtatutum civitatis omnem gratificationem & beneficium teſtamenti ratione viri & uxoris excludat, ita ut jam per indirectum percipiat, quod directo per legem denegatum eſt; Nulla enim ibi fraudis ſuſpicio dici poteſt, ubi inventarii deſideratur exhibitio, & de erogatis facienda fides eſt, Roder. Zuares *de captat. volunt. num.* 23. Papon. *lib.* 20. *tit.* 9. *arr.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

rr. I. Non etiam objectio de ſalario executo-
ibus conſtituendo difficultate ſuâ quæſtionem
nvertit, quaſi jam aliquid ex mariti hæreditate
ucrifaceret contra ſtatuti prohibitionem, ea
nim quæſtio antea quidem in utramque par-
em diſputata communiter in eum finem ter-
ninari ſolet, ut judicis arbitrio relinquatur, an,
uid, & quantum executori ſalarium debeatur,
Munnos de Eſcobar *de ratiocin. cap.* 27. *num.* 48.
ta ut ex mariti liberalitate nihil percipiat, aut
jus ultimo judicio acceptum ferre poſſit, ſive
er judicem conſtitutum debeatur, ſive per
undem denegetur, ſi petitum forſan ab execu-
rice fuerit.

II. Quod ſi tamen executrix conſtituta fue-
it noverca abſque onere reddendi rationes, aut
nventarium conficiendi, propter fraudis ſuſpi-
ionem, quæ hic quam maximè clamat, ei exe-
utionem denegandam verius eſt, niſi ſimul
um pluribus ad illud munus obeundum vocata
uerit, ut ſic fraudis eluatur ſuſpicio, Boërius *ad
Conſuet. Bitur. tit.* 11. §. 4. *in fin.* Peck. *de teſt. conj.
b.* 1. *c.* 20. *num.* 3. *& lib.* 4. *c.* 8. *num.* 3. quod
on ſolum locum habet, ubi penitus per ſtatu-
um incapax uxor redditur, ſed etiam in nover-
â admitti debet, licet ſtatutum in jure commu-
i nihil immutaverit; cum enim ea non ulte-
ius, quam in filiali portione & certâ quantitate
ropter *l. hâc edictali.* inſtitui poſſit, facilè ei
conſtitu-

conſtitutioni fraudem ſtrui videas, ſi libera diſtributio novercæ abſque rationis redditione aut inventario concedatur, Roder. Zuares *d. loc. num. 23. in fin.* Equidem talis libera adminiſtratio magis fideicommiſſariam ſubſtitutionem, & fideicommiſſi naturam ſapit, quam executioni aſſimulari poſſit, licet in nomine & verbis cum executione conveniat.

L² 64-116 L² 171-5

III. Nec etiam ſolummodo mandatâ novercæ executione leg. *hâc edictali.* conſtitutio per fraudem quandoque ſubvertitur, ſed & per tertiam ſæpe perſonam & tacitum fideicommiſſum noverca participat, ſicuti in lite coram Senatu Pariſienſi in Galliâ quondam motâ diſputatum eſt; Cum enim parens binubus certam ſummam Sacerdoti cuidam diſtribuendam reliquiſſet in eos uſus, quos teſtator ipſi ſecretò declaraſſet, liberi veriti ne novercales blanditiæ tantum forſan apud patrem valuiſſent, ut liberis poſtpoſitis novercæ conſuleret tacito fideicommiſſo in fraudem legis intercedente, à Sacerdote petunt, ut declaret, quos in uſus eam pecuniam, quæ ipſi tanquam libero executori concederetur, converſurus foret, ne ad novercam transfunderetur, cum extraneo relinqui non poſſit cum onere reſtituendi ſecundo conjugi contra *l. hâc edictali.* Lancellot Gallia *ad Conſuet. Alexandrin. in verbo, legare, quæſt.* 1. *num.* 11. Quorum petitionem Senatus rejecit, ſi quidem Sacerdos denega-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

denegaret ſecretam & ſuæ fidei commiſſam defuncti voluntatem revelare, referente Annæo Roberto *rer. judicat. lib.* 1. *c.* 3. Nam ſi in fraudem legis non fiat, tacitæ fidei ſubſiſtit accommodatio *l. in fraudem* 10. *l. hæres* 11. *π de his, quæ ut indign.* Et ſpeciali quidem pietatis favore receptum eſt, ne quis patefacere teneatur, ſi quis ſecretò alterius fidei moribundus quid commiſerit, quod in certos uſus pauperum, aut ſimiles erogari poſtulaverit, ita ut nec perſonarum nomina, quibus daturus eſt, nec mandati cauſam edere teneatur, ex doctrinâ Renati Choppini *de Morib. Pariſior. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 19. *poſt Anchoran. Alexand. Iaſon. allegat.* Veruntamen ſi præſumptiones validæ & conjuncta executoris perſona interveniat, ne fraus legi fiat, declaratio ſpecifica à mandatario ſeu executore exigi poſſet; nam & hæres inſtitutus à judice interrogari poteſt, utrum tacitè fuerit rogatus à teſtatore reſtituere hæreditatem ei, qui incapax cenſetur, eique poſitioni tenetur reſpondere, Mantica *de conject. Ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 4. *num.* 13. Odioſa enim taciti fideicommiſſi natura eſt, adeo ut ſola perſonæ obſcuritas, cui reſtituendum eſt, taciti fideicommiſſi præſumptionem inducat, Garſias *de tacit. fideicom. num.* 8. Hujus autem mandati hoc caſu natura eſt, ut non niſi jurejurando elui valeat præſumptio, *l. Theopompus* 14. *π de dot. prælegat.*

legat. Robert. *d. loc.* Petr. Peckius *de teſtam. Conjug. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 2. *in fin.* Non etiam ullam gravaminis cauſam habet, qui tam benignam & ratione ſuffultam privignorum petitionem ſtudet ſubterfugere: Cum taciti fideicommiſſi incidiſſet quæſtio, nec teſtator perſonam, cui facienda foret reſtitutio, teſtamento ſignificaſſet, Marcellus reſpondit, ſi in fraudem legum hæres tacitam fidem accommodaſſet, nihil ei prodeſſe, ſi his verbis paterfamilias cum eo locutus eſſet, non enim ideo minus, inquit, leges circumveniſſe exiſtimandus eſt, cum perinde incertum ſit, cui proſpectum voluerit *l. Lucius* 123. §. *in teſtamento* 1. *π de Legat.* 1. Ipſe etiam Annæus Robertus fatetur, perſpectam judici fidem, & notam omnibus integritatem Sacerdotis huic Senatuſconſulto præcipuam dediſſe cauſam, unde facilè liquet quid in dubio Robertus ſuadeat, ita ut judicis arbitrio relinqui debeat, an cogendus ſit mandatarius ea revelare, quæ defunctus revelari noluerit; interim ad petitionem hæredum apud nos jurare cogitur, quod in perſonas prohibitas, circa quas verſatur præſumptio, relictam ſummam non ſit collaturus; poſthabitâ diſtinctione, quam inter uxorem & ſacerdotem tradit Peckius *d. loc. num.* 3.

SECTIO II.

SECTIO II.

I. *Rectè vitricus vel noverca privignis legat vel donat.*

II. *Niſi fraus interveniat, cui probandæ indicia & conjecturæ ſufficiunt.*

III. *Licitum eſt patri vel matri plus liberis poſterioris, quam prioris thori gratificari per elogium.*

IV. *Quid de emphiteuſi tempore prioris matrimonii ex contractu quæſitâ.*

V. *Filiusfamilias cui fratres germani ſuperſunt, in novercæ gratiam teſtari poteſt.*

VI. *An noverca legato immodico honorata illud repudiare poſſit in gratiam filii ex ſecundo matrimonio ſuſcepti.*

I.

VIdimus modo quid maritus & uxor ex jure teſtamenti directo percipiant, reſtat ut diſcutiamus quid privigni contra Novercam juris habeant ex Imperatoriâ Conſtitutione, ne perſonarum forſan prohibita interpoſitio in fraudem legis quicquam moliatur; Et in primo quidem limine ſeſe offert hæc dubitatio, num legatum aut gratificatio à Noverca vel vitrico, etiam legitimam ſobolem habente, privignis ſeu prioris matrimonii liberis facta ſubſiſtat; edictum enim hoc prohibitorium non ſolum directo in ſecundum conjugem plus ſtatutâ por- L² 64-116

tione quicquam transferri vetuit, verum etiam quod indirectè aut per interpoſitam perſonam fraudulenter conſtituitur, infirmat, *d. l. 6. C. de Sec. Nupt. verſic. omni circumſcriptione.* Quæ privignis Noverca gratificando offert, contemplatione conjugis inſtigantis & perſuaſu videtur concedere, utpote quæ non tam naturalis profert inſtinctus, quam maritalis potius extorquet affectio; rarius mera liberalitas & ſpontaneus erga privignos amor in Novercâ præſumitur, ſed reſidet in ipsâ perpetua ſuſpicio circumſcribendi legis tenorem; ea etiam quæ filius capit, patri videntur acquiri, & in ipſius utilitatem plerumque cedunt; defuncto filio ſuccedit pater, ejusque ſi patrimonium auctum fuerit, etiam major ſucceſſori obventura eſt hæreditas, ita ut quod antea fuit prohibitum, tandem illegitimo contra leges tramite ad ſecundum conjugem tranſeat, unde hujuſmodi legatum privignis factum apud eos, quorum moribus ſimilis cum *Rubr.* 22. *art. ult. Statut. Ultraject.* conſuetudo recipitur, infirmari ſcribit, & judicatum in eam rem profert Annæus Robertus *rer. judicat. lib.* 2. *cap.* 13. uti & Renatus Choppinus *de Morib. Pariſior. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 13. quod etiam probat Barry *de ſucceſſion. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 35. *in med. poſt Boërium, Maynard. Ranchin. allegat.* Ne ſcilicet interpoſita perſona tacitâ fraude legem circumveniat, *l.* 3. §. 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

§. 6. *l.* 5. *π de donat. int. vir. & uxor. l.* 27. *π ad Leg. Falcid.* Alii autem non in totum, ſed ad filialem portionem reſcindendam docent hujuſmodi munificentiam, latiſſimè Georg. Everhard. *vol.* 2. *conſil.* 35. *num.* 19. *& ſeqq.* Idque expreſſo Daventrienſium ſtatuto cautum eſt, *Gewoonten tot Deventer part.* 3. *tit.* 2. *art.* 7. Verum cum alterum in turbato naturæ & ſuccedendi ordine, quem parentum votum averſatur, *l.* 15. *π de inoff. teſtam. l.* 50. §. 2. *π de bon. libertor. l.* 7. *π Unde liber.* poſitum ſit, ab incerto eventu tollitur, alterum etiam ex nudâ prȩſumptione petitum argumentum ſimul corruit, ejus enim efficacia non à jure probata, ſed reprobata potius cenſeri debet; quod ſi admitteretur præſumptio ad alienationis pro parte revocationem, quanto magis ea omnem omnino donationem à Novercâ privigno factam enervaret, contrà quam à Juriſconſulto Hermogeniano reſponſum eſt, *l.* 60. *π de donat. int. vir. & uxor.* & ibi Ant. Mornac. Boërius *ad Conſuet. Bituricenſ. tit.* 8. §. 1. *verſic. ſi quid vitricus.* Ampliſſim. Dominus Rodenburg *de Iur. Conjug. lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 4. *num.* 13. Matrimonii enim prætextus inter eas perſonas fraudis ſuſpicionem non accerſit, ut donationem aut gratificationem ritè factam extenuaret, præſertim moribus noſtris, quibus ea, quæ filii acquirunt, non patri ut jure Romano vi patriæ poteſtatis, ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ſibi quoad proprietatem conſequuntur, Groeneweg. *ad §. 2. Inſt. per quas perſ. cuiq. acq.* Quod ipſa juris ratio dictat, jure enim civili rectè vitricus privigno donat, *l. Cenſualis 7. C. de donat.* cum ea matri ex patriæ poteſtatis defectu non acquirantur, nec tamen inter Novercam & privignum donatio ſubſiſtit, quia quicquid privigno per Novercam conceditur, ſtatim marito cedit, *l. 79. π de acq. hæred. l. 10. l. 53. l. 63. π de donat. int. vir. & uxor.* Unde Franciſc. Mantica *de tacit. & ambig. convent. l. 13. tit. 18. num. 31.* docet haſce donationes à novercis in privignos collatas quoad proprietatem jure novo ſubſiſtere, quoad uſumfructum vero invalidas eſſe, quoniam ex Juſtiniani Conſtitutione *l. 6. C. de bon. quæ liber. §. 1. Inſt. per quas perſ. cuiq.* proprietatem in bonis liberorum adventitiis pater non adipiſcitur, ſed ſolummodo uſumfructum. Non ſanè fraudis ſuſpicio apud eos donationes hujuſmodi prohibuit, ſed paterni juris in filios ratio & per eoſdem acquiſitio *d. l. 3. §. 4. π de donat. int. vir. & uxor.* Quod ſi enim filius bona haberet propria, & jure patrisfamilias uteretur emancipatus, ſibique ſoli & non patri acquireret, uti hodie, etiam Jure Romano donatio in totum ſubſiſtit, *l. 60. π de donat. int. vir. & uxor.* Et quidem inter emancipatum & in poteſtate conſtitutum privignum diſtinctio quoad

dona-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

donationem inter vivos obtinuit, cæterum quoad ultimam voluntatem nulla jure civili diverſitas eſt, ſed liberè noverca vel Vitricus privignis cujuſcumque ætatis & conditionis legatum relinquit, *l. filio* 31. §. 2. *π de adimend. legat. l. ſi mulier.* 3. *π de Caſtrenſ. pecul. l. & ſine* 5. *C. ad Senatuſconſ. Trebellian.* Novercæ tabulis hæres deſignatus Cornelius Sylla; Criſpi Paſſieni vitrici hæreditate ditatus Nero; Auguſtus Tiberio, Claudius Neroni ex teſtamento ſucceſſere. Cenſuit Curia legatum à Novercâ privigno relictum ſubſiſtere, non obſtante prohibitivâ conjugalis munificentiæ conſuetudine, 30. *Iulii* 1664. *in causâ hæredum Ioannæ à Drillenburch.* Ex civicâ autem apud Pariſienſes Conſtitutione donationes privignis factæ ſuſtinentur, ſi nulla donatori ex priori matrimonio ſoboles ſuperfuerit, quod ſi ſecus ſit, enervatur donatio, uti refert Renatus Choppinus *d. loc. num.* 13.

II. Quamvis autem hujuſmodi gratificatio ſubſiſtat, & ne quidem ex *l. hâc edictali.* reſtringatur, quoniam tamen apud eos, quorum conſuetudine inter Conjuges munificentia prohibetur, ſæpius per interpoſitam perſonam vim ſtatutariæ legis eludi animadvertimus, non tantum ad modum leg. *hâc edictali.* ſed in totum infirmabimus, ſi quid hâc occaſione à conjugibus factitatum cognoſcitur; neque pleniſſi-

mas probationes requirimus, ſufficit ex indiciis & præſumptionibus fraudulentas machinationes demonſtrari, quod arreſtis Gallicis confirmat Joan. Papon. *lib.* 11. *tit.* 1. *arreſt.* 4. *& in not.* cum vix fieri poſſit, ut non inde lucrum aliquod pater ſentiat, Reinhard. Bachov. *in ſcholiis ibid.* Qui dolo aliquid factum dicit, dolum admiſſum demonſtrare debet, *l. quoties* 18. §. 1. π *de probation.* verum cum in animo præcipuè conſiſtat, ex indiciis probari convenit, *l. dolum* 6. *C. de dolo.* Idque ſatis clarè hoc caſu docuit Papinianus *in l. ſi gener.* 25. π *de his quæ ut indign. aufer.* dum taciti fideicommiſſi ſuſpicionem inter generum & ſocerum ex ſolâ ratione paternæ affectionis non admitti ſcribit; unde patet ſi quæ conjecturæ & fraudis indicia præter affectionem ex affinitate ortam concurrant, reſcindi quod teſtamento relictum eſt. Neque obſtat *l. non intelligitur* 3. §. *tacita* 3. π *de Iure Fiſc.* Ubi in taciti fideicommiſſi demonſtratione probationes manifeſtiſſimas Calliſtratus requirit; nam vox *manifeſtiſſimas* in quibuſdam codicibus non legitur, ſi Franciſco Manticæ *de Conject. Ultim. Volunt. lib.* 10. *tit.* 4. *nu.* 9. fides habeatur; quanquam ibidem dicit in probandis occultis & tacitis fraudibus conjecturas & indicia manifeſtiſſimas à jure cenſeri probationes, eamque interpretationem confirmat Ant. Gomeſius *ad Leg. Taur.* 9. *num.* 25. Verum

felicius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

felicius nodum illi ſolvunt, qui Calliſtrati effatum ad extraneos referunt, Papiniani autem reſponſum ad conſanguineos & affines dirigunt, quod & caſus à Juriſconſultis deciſi, & ipſa legum verba ſatis evincunt, ut in his ſcilicet plena taciti fideicommiſſi probatio neceſſaria ſit, in illis vero conjecturæ & indicia concurrente affinitate ſufficiant, quoniam inter conjunctas perſonas facilè fraus præſumitur & fieri ſolet, *l.* 50. *§.* 2. *π de bon. libertor. l.* 27. *C. de donat.* Noviſſimâ ordinatione deciſoriâ *art.* 3. in hâc Diœceſi conſtitutum eſt, collatas in privignos munificentias infringi, ſi ex indiciis quæſitus color eluceſcat. Noverca cum ubicunque municipii jure marito poſſet, tum etiam ubi non liceret, ejus filiæ donaſſet, irritam ex fraude gratificationem declaravit Curia Pariſienſis, narrante Lucio *lib.* 8. *tit.* 6. *arr.* 3. Alii attendendum monent an maritus filium unicum, an plures habeat, an univerſitatem, acquæſtuum forſan, an vero aliquid particulare Noverca privigno legaverit, verum iis non obſtantibus, ſi non alia fraudis accedat ſuſpicio, legatum hujuſmodi validum declaravit Curia *ultima Iulii* 1665. *in causâ Arnoldi ab Achtevelt IC*[ti] Receptum equidem eſt ex *d. art.* 3. ne quid unquam ex bonis ſic devolutis per privigni perſonam ad maritum ſeu ex teſtamento ſeu ab inteſtato tranſmittatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

L² 65-119

III. Non minorem dubitationem aut ſcrupulum injicit, an nimirum legatum vel alia gratificatio à matre bigamâ in liberos poſterioris thori ſeu communes collata per *l. hâc edictali.* defalcanda veniat; alienationis enim prohibitio perſonam quandoque egreditur, & propter rationis ſimilitudinem, aut fraudis præſumptionem ulterius extenditur; quoties quis legem dolosè circumvenit, perinde eſt ac ſi contra legem fecerit, *l. adigere* 6. §. 3. *π de Iur. Patronat.* ſed cum ceſſante fraudis ſuſpicione, legis extra verba ſilet intentio, nihil eſt quod tale legatum impediat, aut inſtitutionem faciat corruere, cum hujuſmodi edicta perſonas non enumeratas aut prohibitas non comprehendant *l. nec non* 28. §. 2. *π Quib. ex cauſ. major.* Licet proles communis ex ſecundo matrimonio naſcatur, eodem tamen gradu matrem contingit, idem ſanguinis favor, qui in prioris matrimonii liberis militat, fraudis ſuſpicionem enecabit, eadem naturalis & materna affectio utrumque thorum diligit, nec quiſquam hic eſt, qui extranei jure utitur; & cum æqualitatem inter liberos omnino ſervare parentes non teneantur, *l. parentibus* 8. *C. de inoff. teſtam.* ſed quos major tangit affectio, majus beneficium & grandiorem munificentiam poſſint conſequi, nihil eſt quod ſuadeat parentis judicium inter eos coarctare, quos idem geſtavit uterus, eadem matris viſcera operiverunt;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

 9-2

verunt; non immoderata donatio, non in-
emperata largitio eſt, quæ ſanguinis proprii
onjunctione & amore elicitur; ſed malè *d. leg.*
ác edictali. extenſiva applicatio eò dirigitur, ut
beros poſterioris thori in deteriore ponat con-
itione, quam extraneos. Hortative Imperator
nter utriuſque matrimonii liberos æqualitatem
ervandam proponit *Novell.* 22. *cap.* 48. inte-
m tamen ibidem permittit quandoque poſte-
ori thoro largius proſpicere, dummodo om-
ibus legitima abſque onere ſalva maneat, Fer-
inand. Vaſquius *lib.* 3. *de ſucceſſ. reſol. in auth.*
nde ſi parens C. de inoff. teſtam. nu. 12. Merlin.
e legit. libr. 4. *tit.* 2. *quæſt.* 3. Chaſſan. *ad Conſ.*
Burgund. tit. des enfans des pluſieurs licts. §. 1.
irca fin. Lancellot. Gallia *ad Conſuet. Alexandr.*
i verbo, legare, quæſt. 1. *num.* 19. Mevius *ad Ius*
Lubecenſ. part. 2. *tit.* 2. *art.* 28. *num.* 65. Domi-
ic. Taſſon. *ad pragmatic. de antefato. verſ.* 5.
bſ. 1. *num.* 18. Peckius *de teſtam. Conjug. lib.* 2.
. 18. *num.* 10. Franciſc. Barry *de ſucceſſ. lib.* 1.
it. 9. *num.* 35. *poſt Fachin. de Prœtis, Dilect. Pa-*
on. Molin. allegat. eamque ſententiam ſecuta
uit Curia Ultrajectina, Kuyckius *ad Cravett.*
onſil. 40. uti & Pariſienſis, Renat Choppin. *ad*
Leg. Andium lib. 3. *cap.* 1. *tit.* 1. *num.* 9. nec
on ſupremus Friſiæ Senatus, Joan. à Sando
ib. 2. *tit.* 3. *def.* 6. Quæ opinio de moribus mi-
us dubii habet, quibus filius ab ipſâ nativitatis
horâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

horâ acquirendi & emancipationis jura nanciſcitur; nam de jure Romano in emancipatum poſterioris thori filium recte per ultimam voluntatem etiam ultra legm. *hâc edictali.* mater binuba benificium transfert, quæ largitio ſi in eum collata foret, qui ſub poteſtate poſitus eſt, quia jam non filio, ſed per filium patri, ſeu ſecundo marito acquiritur, *l.1.C. de bon. quæ liber.* reſtringenda fuerit, ne per interpoſitam perſonam ex teſtamento uxoris maritus auferat, à quibus ſuo nomine ſubmovendus foret, *l.quæritur* 38. *π de bon. libertor.* uti rectè animadvertit Joan. Vaudus *lib.* 1. *quæſt.* 17. Unde patet errare eos, qui à fraudis ſuſpicione argumentum ad enarvandam largitionem petunt, & omnem omnino gratificationem hoc caſu interdictam volunt *arg. l.* 49. *π de donat. int. vir. & uxor.* quam opinionem tuentur Theſſaur. *deciſ.* 170. Maſtrill. *dec.* 175. *num.* 14. *& ſeqq.* Coſta *de ration. rat. quæſt.* 85. Daſſel. *ad Conſ. Luneb. art.* 13. *num.* 1. quia uti ex Vaudo retulimus non fraudis ſuſpicio, quam lex ipſa hic non agnoſcit, ſed jus patriæ poteſtatis de jure hanc largitionem quandoque diminuit. Debilis ſanè præſumptio eſt, quâ ad reſcindendum hujuſmodi parentis binubi teſtamentum DD. utuntur, quod ſcilicet propter novercam ejuſque ſuaſiones teſtator prioris thori liberis minus reliquerit, vide Menoch. *de præſumption. lib.* 4. *præſumpt.* 12. *num.*
10.

ꝰ. Non enim in liberos tantum, ſed & in ſe
nariti judicium poſtremum blando ſermone
rovocare licitum eſt, *l. fin. π̃ ſi quis aliq. teſtar.*
rohib. l. fin. C. eod. tit. In totum itaque hoc elo-
ꝛum ſubſiſtit, niſi per doloſas ſuggeſtiones,
nendacia aut aliquo modo teſtatorem per mi-
as aut verba minis proxima adegerit Noverca,
t in liberorum poſterioris thori gratiam ulti-
nam voluntatem ſcriberet, uti in hiſce terminis
dicatum refert Hartmannus Piſtoris *libr.* 1.
uæſt. 29. Quod autem alii hoc caſu contra no-
ercam præſumptionem, ut vocant, juris & de
ıre introducunt, eique & probationis & confeſ-
onis vim tribuunt, ut deceptiones Novercales
on amplius neceſſe ſit demonſtrare, illud rectè
Didacus de Alvarado. *de Conjectur. ment. De-
unct. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 46. refutat; hac enim
ræſumptione ſic poſitâ, omnes diſpoſitiones
n liberorum novercę ſeu ſecundi thori favorem
ictæ evertendæ forent. Dum JCtus *in l.* 4. *π̃*
e inoff. teſtam. parentes novercalibus delinimen-
s *plerumque*, non ſemper corrumpi ſcribit,
uandoque contrarium admittendum ſuadet;
nde eam ſolummodo huic præſumptioni vim
dſcribimus, ut probatis quibuſdam dictis fa-
tiſque facilius judex moveri debeat; quamvis
tiam contrariis indiciis & actibus Novercalis
elinimenti præſumptio facilè elidatur, Coth-
nann. *vol.* 4. *Reſp.* 8. *num.* 55. Non etiam pro-
babilis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

babilis eſt Franciſci Nigri Cyriaci *Controverſ. forenſ. c.* 262. *num.* 65. ſententia, qui ad largitionis reſciſſionem ſufficere exiſtimat conjecturas, quibus contemplatione ſeu amore ſecundi conjugis poſterioris thori liberis largius proſpexiſſe defunctum pateat; alii vero ita ſtrictè æqualitatem hic ſervari jubent ut ne quidem gratificationem in favorem liberorum prioris thori à parente binubo, etiam viduo factam admittant, uti de Statuto Fanenſi teſtatur & latiſſimè deducit Franciſcus de Roxas *deciſ.* 359.

IV. Inito tempore prioris matrimonii contractu, quo conjuges ſibi liberisque emphyteuſin ſtipulati ſunt, quæſtio eſt, num pater ad ſecunda vota tranſiens in eâ liberis prioris thori præjudicare poſſit, nominando eos, quos poſterius matrimonium ſuſtulit: in eo præcipuè cardo vertitur, quid clauſula illa, *ſibi & eorum filiis*, importet, num inde jus aliquod liberis quæſitum ſit, & per matris obitum confirmatum ac tranſmiſſum: patri de emphyteuſi diſponendi facultas datur impetrato aut neglecto domini directi conſenſu, prout literarum tenor aut inveſtitura ſecum tulerit, *Ordinat. Cur. Ultraject. Rubr.* 1. *art.* 32. Quod ſi autem teſtando extraneum vocare poſſit ad emphyteuſin, quidni etiam ſecundi matrimonii liberos nominaret? Cum parens ſibi liberisque ſtipulatur, ex eo ipſi interdicta dici nequit poteſtas uni ex ipſis emphy-

nphyteuſin prælegandi, aut in alterum trans-
rendi, niſi liberi proprio nomine in inveſti-
râ nominentur, aut ſi appareat non intuitu
lum patris recipientis, ſed & in filiorum gra-
im emphyteuſin per dominum fuiſſe conceſ-
m, Julius Clarus §. *Feudum quæſt.* 16. *nu.* 2.
amma *deciſ.* 233. Ita ut patri liberum relin-
uatur quemcunque filium ex quocunque ma-
imonio natum ad emphyteuſin nominare,
cet alius major natu ſuperſtes ſit, non obſtan-
quod prioris Conjugis nomen in inſtrumen-
expreſſum fuerit, prout deciſum ſcribit Ant.
e Gamma *deciſ.* 351. Cum enim refuſo libe-
s pro dimidiâ parte per patrem emphyteuſios
retio ſecundum Statut. Ultraject. *Rubr.* 23.
rt. 25. tota ad eundem ſpectet, liberè de eâ
iſponit vocando quoſcunque libuerit.

V. Sequitur ut de filiofamilias, cui fratres
ermani ſuperſunt videamus, num in gratiam
overcæ vitricive donare aut teſtari prohibea-
ır: in fraudem legis extorta videri poſſet hæc
ıunificentia, iniquiſſima quoad bona, quæ à
arente profecta ſunt, quod ne fiat ab Impera-
oribus ſatis providè cautum fuit, *l. fœminæ* 3. *C.*
e ſecund. nupt. ne ea, quæ à priore conjuge ejuſ-
e familiâ deſcendunt, in ſecundum thorum &
xtra familiam transferantur, quapropter in iis
nterdictam voluere bigamæ alienandi poteſta-
em, proprietate apud liberos, uſufructu apud
eam

eam ſolummodò remanente; indirectè itaque per filium fieret, quod parenti in ſecundi conjugis favorem moliri interdictum eſt, ſi præcipuo Imperatorum ſcopo hæc contraria voluntas, & fratribus liberisque prioris thori infauſtum teſtamentum ſuſtineatur; veruntamen cum quilibet liber ſit rerum ſuarum moderator & arbiter, *l.* 21. *C. mandat.* nec per legem hæc dominii tranſlatio impediatur, quod enim de matre dicitur, nuſquam de filio expreſſum eſt, eique non uſusfructus ut matri, ſed vera proprietas in bonis parentum acquiritur, fruſtrà caſum excipimus, quem lex non excipit *l.*7. *C. de relig. & ſumpt. funer.* Unde ratas haberi hujuſmodi munificentias arreſto comprobat Gerard. Maynard. *lib.* 3. *deciſ.* 84.

L² 61-114

VI. Major dubitatio eſt, an Noverca legatum, quod ſibi à marito relinquitur, ſi ultra portionem eſt, validè repudiet in filii ex poſteriore matrimonio nati commodum, ſi hæres univerſalis à patre filius ſcriptus fuerit, nam hoc fieri poſſe, ubi liberi hæreditati renuntiaverint, ex jure Canonico & Moribus receptum eſt, Oſaſc. *deciſ.* 75. *num.* 9. Groeneweg. *ad l.* 3. *C. de Collat. poſt Boërium, Autumn. Charond. Papon. allegat.* Hanc quæſtionem in Curiâ Tholoſanâ de facto extitiſſe refert Barry *de ſucceſſ. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 33. *in fin.* Sed arreſto dictæ Curiæ repudiationem iſtius legati non ſubſiſte-

re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

re declaratum memorat, liberisque prioris matrimonii ſuperfluum ex legato ſecundum *l. hâc edictali.* conceſſum fuit. Neque enim impedit hęc renuntiatio revocationem eorum, quę contra *l. hâc edictali.* relicta ſunt, Cancer. *var. reſol. part.* 3. *c.* 16. *num.* 338. Surdus *deciſ.* 8. Nullo modo profuit, quod noverca obtenderet hæredi univerſali jus accreſcendi competere: cum enim ſtatim poſt mortem parentis liberis prioris thori jus ex lege natum eſſet, non potuit Noverca in eorum detrimentum & fraudem repudiare, quod modo acquiſitum fuerat; neque repudiatio legati per Novercam facta caſum mutat, nuſquam enim acceptationem, ut legi *hâc edictali.* locus detur, jura poſtulant, ſufficit illud relictum per mortem teſtatoris confirmatum ſortiri effectum, unde ſuperfluum liberis prioris thori, non vero hæredi ita inſtituto adjudicandum eſt, prout ſeſe conſuluiſſe dicit Stephanus Bertrandus ad *d. l. hâc edictali. verſic. ſin vero plus num.* 19. Quod ſi invito jure maritus ſecundus hæres ſcriptus fuerit, bona ad liberos devolvi, & ne quidem ex teſtamento ſubſtitutum capere poſſe docet Vincentius Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt.* 51. *num.* 6. L² 6t-115

CAPUT X.

De Succeſſionibus ab inteſtato.

I. *An Noverca ex* Auth. Præterea C. unde vir & ux. *Moribus noſtris marito ſuccedat.*

II. *Quid ſi per pacta dotalia ad jus civile recurſum fuerit.*

III. *De ſucceſſione Novercali ſeu præcipui jure ex ſtatuto.*

IV. *Noverca filio ſuo ſuccedens ab inteſtato per interpoſitam perſonam bona extra familiam transfert.*

I.

CUm ſocietas & conſortium collegii deficientibus hæredibus jure civili fiſcum excluderet, *tot. tit. C. de hæred. Decur. Navicul. &c.* æquum Prætori viſum fuit per bonorum ſaltem poſſeſſionem etiam inter Conjuges ſucceſſionem conſtituere & matrimonii jura fiſco præponi, ubi legitimus ſucceſſor non exiſteret *tot. tit. ff & C. und. vir & uxor.* Ex jure autem antiquo ſibi invicem in ſolidum maritus & uxor ſuccedebant ab inteſtato, quod doctiſſimè pertractat Franciſc. de Amaya *ad l.* 1. *C. de bon. vacantib. num.* 31. Et ſanè ſi externa ſocietas hæreditatem defuncti valeat addicere, cur non eodem modo cenſeantur illi,

quos

quos arctius vinculum & matrimonii jura ſociaverint: hunc autem ſuccedendi ex jure prætorio ordinem longius Imperator Juſtinianus deinde porrexit & civili conſtitutione confirmavit, ut ſi inops & indotata marito defuncto uxor ſuperſtiterit, pro numero liberorum aut quartam, aut virilem ſaltem portionem poſſit conſequi, *Auth. Præterea C. und. vir & uxor. Nov.* 22. *c.* 18. *Nov.* 53. *c. ult. Nov.* 74. *c.* 5. *Nov.* 117. *c.* 5. ſive liberi ex priore matrimonio ſive ex communi ſuperfuerint, ita ut ſecunda uxor, vel noverca cum privignis defuncti conjugis hæreditatem dividat *d. Auth. Præterea C. und. vir. & uxor.* Valent. Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 9. *c.* 4. Merlinus *de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 23. *num.* 34. *poſt Bald. Caſtrenſ. Iaſon. Curt. Roman. ibid. alleg.* Gabriel de Velaſco *de Privil. Paupert. part.* 1. *quæſt.* 56. *num.* 86. Quod in tantum procedit, ut licet ſtatutum prohibeat omnem omnino inter conjuges gratificationem & ne ſibi invicem legent proſpexerit, hujus tamen quartæ detractio prohibita non cenſeatur, prout latius demonſtrat Mangillius *de imputation. quæſt.* 193. Surdus *deciſ.* 8. *num.* 5. Coſta *de ration. rat. quæſt.* 84. *num.* 14. Moribus vero noſtris rectius proſpectum conjugi ne laboret inopiâ, cum enim municipali jure omnium bonorum communio introducatur inter conjuges, Statut. Ultraject. *Rubr.*

22. *art.* 1. Lambert. Goris *de ſocietat. conjug. tractat.* 1. *c.* 1. Satis cautum ſuperſtiti eſt, dum dimidium jure ſocietatis detrahit; nec neceſſe eſt ut quarta deſideretur, quoniam dudum jam ſufficit, quo defuncti conjugis honor protegatur & matrimonii ſplendorem vidua continuet, Groeneweg. *ad d. auth. Præterea C. und. vir & uxor.* Eâdemque ratione apud plerasque Europæ nationes, quibus lucra ſtatutaria placuerunt, hæc authentica jam dudum ſiluit, nec eam Galli, Hiſpani, Luſitani aliique populi agnoſcunt, ſicuti per authoritates demonſtrat Franciſc. Balthaſar *pract. reſol. part.* 1. *reſol.* 1. *tit.* 1. *num.* 37.

II. Quoniam tamen plerumque conjuges communionem bonorum, præſertim ſi ea ſibi invicem minus reſpondeant, pactis dotalibus eludere ſunt ſoliti, & ſpreto ſtatuti beneficio ad commune jus recurrunt, diſcutiendum eſt, num eâ communione deficiente, uxore inope, & liberis prioris matrimonii extantibus (quibus novercam alendi onus jura nuſquam injunxerunt *arg. l.* 15. *C. de negot. geſt.* Ludov. Gozadin. *ad auth. præterea C. und. vir & uxor. num.* 7.) hujus conjugalis ſucceſſionis modus obtinere poſſit; cum equidem jus civile Romanum non ex Imperio nobis latum fuerit, ſed avitâ demum parentum memoriâ pro ratione & naturâ loci receptum ſit, non niſi ex appro-

batione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

batione vim recipit, quæ cum hoc caſu deficit, ſimul etiam jus Romanum deficiat neceſſe eſt, nunquam enim talem ſuccedendi inter conjuges ordinem Belgium admiſit, Grotius *in manuduct. lib. 2. part. 30. verſ. want.* Gudelin. *de jur. noviſſ. lib. 2. c. 16.* Groeneweg. *d. loc. poſt Neoſtad. Chriſtin. Zypæ. Sand. Vinn. ibid. alleg.* Veruntamen quoniam authenticæ illius ratio L[2] 606-26 eſt, ne ſi quis ex conjugibus ſupervixerit, extremâ degat inopiâ, aut liberis hæreditatem dividentibus paupertas non ſublevetur, non iniquum erit, ſi noverca in proprietate quartam non percipiat, ſaltem quaſi jure uſusfructus pro qualitate prioris matrimonii & conjugis à privignis alenda, & alimenti jure cenſeatur *arg. Nov. 117. c. 5.* atque ita in Galliâ judicatum refert Papon *libr. 15. tit. 5. arreſt. 7.* Cui convenit quod Surdus tradit, novercam à privigno mariti hærede alendam eſſe iis caſibus, quibus quarta de jure uxori denegatur, quoties autem quartam percipit, toties ab onere alendi novercam excuſari privignum, *de aliment. tit. 1. quæſt. 40.* Electionem Novercæ concedit Petrus Benincaſius *de Privil. Paupert. Special. 1. in ultim. volunt. num. 35.* ut vel alimenta poſtulet vel *authenticæ* beneficio utatur. In arbitrio autem privigni hoc totum ponit Anton. Gamma *deciſ. Luſit. 62.* ut ſcilicet aut quartam partem hæreditatis viduæ aſſignet, aut neceſſaria ſubmi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

niſtrando eam alat, eandemque ſententiam ab aliis DD. confirmatam, uſu in ſupremis tribunalibus receptam practicari ſcribit Flores de Mena *in addit. ad d. deciſ.* 62. Ita facilè illæ, quas fortuna bonis deſtituit, natura liberos (quorum bonorum uſufructu aut alimentis jure naturali uterentur) non conceſſit, vitam honeſtam & priori matrimonio convenientem habituræ ſunt; uſusfructus ſtatuto noſtro, non proprietas relinqui poteſt, accipiat jam beneficio legis, quod conjugis inopina mors aut inclementia non conceſſerit jure teſtamenti; moribus quidem noſtris, etiam ſocietate bonorum ſecluſâ in familiæ erciſcundæ judicio quædam vidua præ liberis prioris matrimonii capit præcipua, quæ cum non ſufficiant, rationis eſt ut aliunde paupertati ſuccurratur, cum per hanc præceptionem & munificentiam ſtatutarii reliqua beneficia uxori non ademerint. Apud Saxones tamen ſæpe memoratæ authenticæ diſpoſitio etiamnum viget, nec ab eâ mores illorum reſilierunt, Bened. Carpzov. *de jur. fœmin. ſingul. decad.* 8. *poſit.* 4. *num.* 21. *Fachſius, Moller. Weſenb. ibid. alleg.* Daſſel. *ad Conſ. Luneburg. c.* 4. *num.* 8. *& ſeqq.* ubi ita judicatum refert. Olim autem Noverca etiam cum privignis loco filiæ marito ſuccedebat, Forſter. *de Succeſſ. ab inteſt. lib.* 9. *c.* 2. *num.*48. Ranchin. *de Succeſſ. ab inteſt.* §. 13. *num.* 4.

III. Jus

III. Jus præcipui, quod ex ſtatuto novercæ competit, ſucceſſionis ab inteſtato quædam ſpecies eſt, non quidem quoad univerſitatem patrimonii, ſed quoad particularem ſeu certam portionem, ſicuti apud plerasque gentes receptum eſt, ut in viduati thori ſolatium ſuperſtes conjux quid capiat; Quouſque autem illud jus apud noſtrates ſeſe extendat, ex Statuto Ultrajectino *Rubric.* 24. licet ediſcere; adeo autem liberum hoc uxoris jus eſt, ut omnis in eo reſtrictio, imputatio aut ex legibus detractio ceſſet, neque ultimò elogio eam portionem maritus uxori poſſit eripere, cum non ex judicio teſtatoris, ſed legis beneficio percipiatur, Teſſaur. *deciſ.* 34. Matth. Berlich. *part.* 3. *conſ.* 9. Mevius *ad jus Lubec. part.* 2. *tit.* 1. *art.* 8. *num.* 42. Franciſc. Balthaſar *pract. reſol. part.* 1. *tit.* 1. *reſol.* 1. *num.* 163. Neque ſolummodo ex bonis communioni ſubjectis hæc portio detrahitur, ſed de iis quoque, quæ extra ſocietatem fuere poſita, idque compluſculis Curiæ arreſtis comprobatum ſcribit Ampliſſimus Dominus Rodenburg *de jur. quod orit. ex ſtatut. diverſit. tit.* 2. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 6. Licet Belgica phraſis, ſeu vox *voordeel* aliud ſuadere videatur, nullum enim eſt *voordeel*, ubi non eſt *een deel*, quod absque dubio non eſt in bonis, quæ extra communionem relicta ſunt. Idem docet & judicatum refert Alvarado *de Conject. ment. defunct. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 39.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

L² 593-1
L² 609-33

IV. Ab inteſtato quandoque per interpoſitam perſonam prædefuncti privigni hæreditatem Noverca abſorbet; nam & prioris matrimonii liberis exſtantibus ea percipit, quæ à latere privignorum & primæ matris proceſſerunt, quandoquidem uterini & conſanguinei moribus hujus civitatis ſecundum jus, quod Aſingicum ſeu Aeſdomicum dicitur, Neoſtad. *de pact. antenupt. obſ. 2. in not. verſ. ſucceſſio.* Grotius *lib. 2. part. 4. verſ. maer een van beyde.* cum germanis fratribus eandem in hæreditate partem faciunt, ſi quis ex ipſis deceſſerit, Statut. Ultraj. *Rubr. 23. art. 26.* Quod non tantum in allodialibus, ſed etiam quoad feuda quædam procedit, Lambert. Goris *adverſ. tract. 4. §. 13.* Hæc autem bona ſi ſemel per ſucceſſionem ad fratres alterius thori delata fuerint, nunquam ad idem latus, aut familiam, unde proceſſerunt, etiam prioris matrimonii liberis extantibus revertuntur, quoties noverca ſupervixerit, fratres enim ex uno latere conjunctos parentes ab hæreditate excludunt, Jacob. Coren *obſ. 29.* Joan. à Sande *libr. 4. tit. 8. def. 4.* Idque clarius apud nos pateſcit, ubi fratres etiam germanos parens ſuperſtes à ſucceſſione removet *d. art. 26.*

SECTIO.

SECTIO I.

I. *Quomodo liberi primi & ſecundi matrimonii paternam hæreditatem dividant.*

II. *Si ex utroque matrimonio liberi ſuperſint, an duplex ſit primogenituræ jus reſpectu paternæ hæreditatis.*

III. *In quibus bonis ſtatutarium primogenituræ jus locum habeat.*

IV. *An pater teſtamento illud auferre aut inhibere poſſit.*

V. *Quid in Statuti interpretatione hic obſervandum ſit.*

I.

QUoties liberi prioris ſimul & poſterioris thori paternam hæreditatem ab inteſtato erciſcunt, non repræſentationis jure, id eſt *bedde voor bedde*, ſed in capita ſinguli ſuccedunt; quod maternum eſt, ſive dotis ſive ſubſidii matrimonialis nomine gaudeat, unusquisque thorus præcipit, ſi quidem nec aut ſanguinis aut affinitatis ibi ratio alios omnes vocat, ſed maternæ hæreditatis ſucceſſio eos tantum admittit, qui eandem matrem agnoverunt, excluſis iis, quos poſterior thorus ſuſtulit *l.* 3. 4. *&* 6. *C. de Sec. Nupt.* Reliquum vero quod paternum eſt, ad omnes æquali-

ter devolvitur, nullâ diſtinctione admiſsâ ſive utrinque ſive non conjuncti ſibi invicem liberi ſint, *Novell.* 22. *cap.* 29. Zans *de diviſ. bonor. lib.* 4. *cap.* 12. Graſſus *in* §. *ſucceſſio ab inteſtato. quæſt.* 17. *num.* 1. *&* 2. Qualis in inteſtati ſucceſſione diviſio etiam Hebræorum jure obtinuit, Joan. Selden. *de ſucceſſ. Hebræor. lib.* 1. *c.* 12. *pag.* 7. Idque recta ratio ſuadet, ut quos idem pater genuit, eadem hæreditas obveniat, & ut eodem ſanguine creti, eodem modo participent; nec equidem diſtinctionem bonorum, aut inæqualem ſucceſſionem jura admittunt, ubi eadem ratio, eadem conjunctio militat, neque enim diverſi matrimonii liberi diverſo gradu à patre diſtant, quod diverſo utero prodierunt: nihil igitur nos cogit ſeparationem admittere, & diverſam bonis naturam affingere, aliam quoad hæreditaria ſive patrimonialia, aliam quoad acquæſtus ſucceſſionem fabricare, ut ea, quæ ex ſtipite & familiâ per avos deſcendunt, tanquam poſteris quodammodo debita & affectata æquali ſucceſſionis jure inter liberos tantum cenſeamus, diverſum vero quoad acquæſtus reſpondeamus & quod ſecundo matrimonio ſtante comparatum eſt, illius thori liberis adjudicemus, ſicuti Burdigalæ receptum eſt, Ferronus *ad Conſ. Burdigal. tit.* 5. *de teſtam. art.* 17. & deciſum refert Grivell. *deciſ.* 16. Idemque de Hiſpanorum & Lu-

ſitanorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

itanorum moribus teſtatur Munnos de Eſcobar *de ratiocin. tom. 2. comput. 9.* Nec placent eorum mores, qui in ſtirpes ſucceſſionem quoad patrimonialia, in capita vero quoad acquæſtus hoc caſu ſtatuunt, quod Mechlinienſes ſervant *tit. 16. art. 31. & ibi Chriſtin.* Non enim ſocietatis hic habetur ratio, aut ejus intuitu æqualitas alteratur, nec juris liberis quæſiti mutationem inducit thori paterni mutatio, ſed æqualis ratio ſanguinis, æqualis legis inſtitutio omnem diſtinctionem & ſeparationem excludit; quare etiam pleraſque hæreditatum inter liberos primi poſterioriſque thori ab inteſtato diviſiones ſecundum ſtatuta diverſarum gentium & provinciarum diverſimodè & cum diſtinctione & ſeparatione bonorum introductas improbamus, qualia ſtatuta & conſuetudines congerit Renatus Choppin. *de Morib. Pariſior. lib. 2. tit. 5. num. 28.* Qui autem quoad acquæſtus diverſum ſtatuunt, eorum opinio æquitate aliquantum blanditur, ut ſcilicet ſinguli liberi percipiant, nec ad alios tranſmittant quod ſtante matrimonio, ex quo prodierunt, ejuſque labore & induſtriâ comparatum eſt: verum præcipuum iſtius opinionis fundamentum in *l. fœminæ 3. C. de Sec. Nupt.* ſitum eſt, & fragili argumento incumbit, acquæſtus ſcilicet matrimoniales ſub *d. leg.* 3. prohibitionem redigit, & per conſequens ſecundi thori liberis

commu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

communicari non poſſe ſtatuit, cum legis diſpoſitio alienari ea non patiatur, uti ex dictâ Grivelli *deciſ.* 16. patet; falſum enim eſt acquæſtus eâ lege comprehendi, cum non beneficio hominis, ſed jure ſtatuti conquirantur, Valaſc. *deciſ.* 103. *num.* 30. *& ſeqq.* Freder. Solis *de bon. conſtant. matr. acq. quæſt.* 33. Franciſc. Balthaſar *pract. reſol. part.* 1. *tit.* 1. *reſol.* 1. *num.* 95. Didac. Zegura *ad l.* 67. §. 5. *π de legat.* 2. *num.* 30. Guittierrez *de matrimon. cap.* 109. *num.* 41. *poſt plurim. ibid. allegat.* Præſertim ceſſat hæc concluſio, apud quos Lex. *fœminæ.* ex uſu reſtringitur.

L² 652-81

II. Jam videndum eſt an ſolis liberis prioris matrimonii, an vero etiam ſecundi thori primogenito primogenituræ jus competat reſpectu ſcilicet eorum, quæ primogenitus ex ſtatuto tenet præcipua præ matre aut novercâ, de quâ in ſpeciè loquitur ſtatutum Amersfurtenſe *tit. van voordeel vanden oudſten Soon.* Et rationi quidem maximè congruit non duplex hic, ſed ſimplex primogenituræ jus in paternâ hæreditate conſtituere, cum unus idemque pater, de cujus hæreditate agitur, duos primogenitos habere nequeat, ſed uno reliquos antecedente, omnes in ordine primogenitum ſequantur; diverſitas equidem matris diverſitatem primogenituræ quoad patrem non inducit, cum omnes æqualiter patris liberi ſint; nec ſtatutum noſtrum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ſtrum plures primogenitos vocat, ſed unum tantum in ſingulari numero excipit *d. Rubr.* 24. *art.* 6. contrà quam hic obtineret, ſi duos primogenitos ex utroque ſcilicet matrimonio ſtatueremus beneficio ſtatuti fruituros, ita ut in unâ eâdemque ſucceſſione pluralitas primogenituræ non admittatur. Neque tamen privilegium legis, ſeu ſtatuti in primogenito ſecundi matrimonii ſuffocamus, ſed primogenituram in bonis maternis poſtea idem exercebit, Molinæus *ad Conſ. Pariſ. tit.* 1. §. 16. *num.* 28. Argentræus *ad Conſ. Britan. art.* 220. *gl.* 8. *num.* 23.

III. Conſtat jam quidem ex hæreditate paternâ hoc præcipuum deduci oportere, ſed cum ea, quæ præcipui jure cedunt, veluti ſcyphus optimus, patera & reliqua *d. art.* 5. enumerata uni aut alteri ex liberis plerumque in baptiſmo à ſuſceptoribus dono dentur, incertum eſt, num de iis omnibus, etiam poſterioris matrimonii liberis conceſſis primogenitus poſſit præcipere, quod ſtatutum largitur: ſanè cum lucrum hoc ſtatutarium ex totâ hæreditate deducatur, eique obnoxia ſint ea omnia, quæ ſocietatem conjugalem ingrediuntur, nulla diſtinctio facienda eſt, cui ex liberis donator hoc munus conceſſerit, ſi quidem non infanti, cujus nullus affectus, nullum erga donatorem extat meritum, ſed parentibus,

quorum

quorum contemplatione tale quid fieri moris eſt, hæc acquiruntur jure ſocietatis communicanda, niſi contrarium donator donationi adjecerit, Paul. Buſius *ad l.* 3. *π̃ de his, qui ſunt. ſ. vel alien. jur.* Tuldenus *ad tit. Inſtit. per quas perſ. cuiq. acq. cap.* 2. Groeneweg. *ad l.* 19. §. 1. *π̃ de pecul.* Marius Giurba *obſerv.* 6. *per tot.*

IV. Verum ad evitandas haſce moleſtias & ulteriores ambages amputandas ſolent nonnunquam parentes certam primogenito ſummam teſtamento aſſignare, ut extincto præcipui jure æqualiter cum fratribus hæreditatem percipiat, cui ultimo parentis elogio filium acquieſcere non pietas tantum videtur efflagitare, ſed & leges jubent, ſiquidem in causâ teſtati hoc præcipui jus ceſſet, quod in causâ inteſtati ſolummodo deberi lex providit, de quo caſu etiam ſtatutum tantum loquitur; cum enim antea prohibuit Legiſlator ne maritus uxori vel è contrà gratificetur, *Rubr.* 22. *art.* 7. Mox *Rubr.* 24. ſubjungit hoc præcipui jus deberi, quod igitur neceſſario exclusâ teſtamenti factione ab inteſtato obtinet; aut ſi facto teſtamento demonſtrari nequeat patrem huic juri voluiſſe derogare; & quamvis jus illud, quod filio competit, ejuſdem naturæ eſſe videatur, cujus eſt muliebre præcipuum, quod teſtamento mariti eidem auferri non poſſe ſupra diximus, tamen quoad ademptionem non conveniunt,

aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

aut parificantur, cum in uno alia, quam in altero ſit ratio, utpote filio pater in reliquâ maſsâ hæreditatis majus præjudicium generare potuiſſet, cui minimè in eo ſubjecta eſt uxor. Cumque jus hoc præcipui hæreditarium ſit, nec cuiquam niſi hæredi competat, æquum eſt filium primogenitum præſtare factum defuncti patris, ad quod omnes hæredes, etiam extranei tenentur, *l.*14. *C. de rei vindicat. l.*7. *C. de negot. geſt. l.* 6. *C. de tranſact.* Nec enim præceptivum, aut prohibitivum hoc ſtatutum eſt, cujus vigore contra defuncti voluntatem venire hæredi integrum eſt, ſed permiſſivum tantum in causâ inteſtati, ut jam demonſtravimus. Cum igitur libera teſtandi facultas reſtringi aut coärctari non debeat, non eſt alius cuiquam ſucceſſor quoad particularia obtrudendus, quem teſtator ſibi non elegerit, prout in hiſce terminis deciſum refert Radelant. *deciſ.* 6. Leonin. *conſil.* 98. *num.* 12. Petr. Gudelin. *de Iur. Feudor. part.* 3. *c.* 4. *num.* 8. Ubi autem tale jus primogenito competit, quod legibus irrevocabiliter confirmatum eſt, aut neceſſariâ conſuetudine devolvitur, aut providentiâ anteceſſorum in eâdem familiâ introductum eſt, quale jus majoratus aut primogenitura Hiſpanica conſtituit, aut apud alios fideicommiſſa exercent, judicio patris auferri non poterit, cum ab ipſo non dependeat, Peregrin. *de fidei-*

com.

com. art. 11. *num.* 107. Molin. *ad Conſ. Pariſ. tit.* 1. §. 13. *gl.* 3. *num.* 24. Gomeſ. *ad Leg.Taur.* 40. *num.* 71. Oſaſc. *deciſ.* 180. *num.* 5. Faber *in C. Sab. lib.* 4. *tit.* 11. *def.* 4. *num.* 1. *in not.*

V. Cum autem nonnulla rerum vocabula, quas præcipui jure ſtatutum complectitur, jam dudum exoleverint, juſtâ interpretatione ſubveniendum eſſe exiſtimatum fuit, ne uſu verborum profligato ſtatuentium quoque intentionem evanuiſſe cenſeremus; Et hactenus obſervatum fuit ut ex paritate rationis cum moderamine unum pro altero ſubſtituatur, conſideratis potiſſimum hæreditatis viribus. Judicavit Curia equos jugales, *Koets-paerden*, cum ephippio & apparatu (abſque ſellâ tamen curuli aut vehiculo) præcipui jure cenſeri, licet de equis vectoriis, vel quibus ad equitandum utimur, ſolummodo fiat mentio 21. *Novemb.* 1664. *inter hæredes Domini Nicolai Berck.* & 2. *Iunij* 1666. *in cauſa Nicolai de Meyert.* Annulum itidem parentis ſignatorium ſub ejuſdem apparatu, & poculum deauratum ſub ſcypho ac paterâ in ſtatuto comprehendi declaravit; veſtem etiam ſciſſam, licet nondum conſutam ſub veſtimenti nomine; torquem vero aureum alterius conditionis eſſe, quam ut ſtatuti ratio in eundem quadret, *ult. Iulij* 1665. *inter hæredes Toparchæ de Harmelen.*

Caput XI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

CAPUT XI.

De Familiæ erciſcundæ judicio, ſeu diviſione inter Novercam & privignos ex teſtamento faciendâ.

I. *Quomodo legitima filiorum deducatur.*

II. *Quanta ſit Novercæ portio, ſi cum mariti nepotibus concurrat.*

III. *An ſi unus ex privignis minus habeat legitimâ portione, etiam novercæ portio eò uſque deducenda ſit.*

IV. *Quid ſi filius legitimæ ſupplementum non petierit.*

V. *Quomodo ratio* leg$^{s.}$ hâc edictali. *ineatur, ſi quædam bona mariti in Trajectenſi, quædam autem in Hollandico ſolo ſita ſunt.*

I.

QUando ex ratione leg$^{is.}$ *hâc edictali.* facienda diviſio eſt, deductionem legitimæ filiorum primo faciendam Doctores plerique voluere, & deinde ſeparationem patrimonii inter privignos & Novercam inſtituunt, ut ſcilicet alterum legis beneficio, alterum naturæ auxilio potiantur; cum enim remedium leg$^{s.}$ *hâc edictali.* diverſum ſit à remedio petendi legitimam, unum alterum non excludit; & quia ex diverſis cauſis trahunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

originem, facilè ſimul poſſunt ſubſiſtere, alterum enim ex favore legis & naturæ deſcendit, alterum in odium ſecundarum nuptiarum ab Imperatoribus eſt introductum; deinde filio, uti hæredi debetur legitima, ſuperfluum vero ex *l. hâc edictali*, filio, non uti hæredi, ſed uti filio conceditur, ita ut non jure, aut titulo hæreditario, ſed jure ultionis & in compenſationem injuriæ fiat detractio; diverſa itaque qualitas ex veteri & novâ conſtitutione oritur, petitio ſcilicet legitimæ ex antiquâ lege, & detractio ſuperflui ex beneficio Imperatorum Leonis & Anthemii, quoties autem lex novam obligationem inducit, veterem non perimit, niſi ſpeciatim utramque confundat *l. quoties* 41. *π de obligat. & action.* Quæ opinio non ſolum à D. D. fuit elucidata, ſed in ſupremis etiam tribunalibus ubique ferè locorum recepta, & præjudiciis confirmata, Hieronym. à Laurent. *deciſ. Rot. Avenion.* 95. *num.* 9. Maynard. *lib.* 3. *deciſ. Tholoſan.* 78. Franciſc. Vivius *lib.* 2. *deciſ. Neapol.* 433. *num.* 11. Ant. Faber *in C. Sabaud. lib.* 5. *tit.* 5. *def.* 6. Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 170. *num.* 7. & S. Peckius *de teſtament. conjug. lib.* 2. *c.* 18. *num.* 3. Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 18. *num.* 2. *& ſeqq.* Cancer. *var. reſol. part.* 3. *c.* 2. *num.* 186. Mangill. *de imputat. quæſt.* 7. *num.* 52. *& ſeqq.* Alexander Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *tit. de jur. dot. reſol.* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ſol. 3. *num.* 7. Franciſc. de Roxas *deciſ.* 201. *num.* 4. Clemens Merlinus *deciſ.* 38. *num.* 18. Verum equidem non arridet mihi hæc opinio, licet tantorum virorum authoritatibus ſit ſuffulta, cum enim parenti binubo lex permittat in ſecundum conjugem tantum transferre, quanta minima filiorum portio eſt, etiam permittit æqualiter dividere non detractâ antè legitimâ, ſemper alioquin deberet eſſe minor portio novercæ, quam liberorum, quod nuſquam lex præcipit; qui deducit legitimam, & deinde æqualiter participat, ejus portio grandior eſt, quam qui non detrahit, ſed ſimpliciter in diviſione concurrit, lex autem *hác edictali.* illud ſolum introduxit, ne minus ſinguli liberi, quam noverca capiant; quod fieri nequit, ſi æqualiter inſtituti æquali jure non cenſeantur ſine detractione. Lex *hâc edictali* non attenditur, niſi ubi novercæ plus relictum fuerit, quam uni ex liberis; ubi ex priore igitur matrimonio unica tantum ſoboles ſupervivit, liberum eſt parenti in novercam ſemiſſem bonorum conferre, & alterum filio relinquere, quia jam major non eſt novercæ, quam filii portio, quod lex ſolummodo prohibuit, Stephan. Gratian. *Diſcept. forenſ. tom.* 2. *c.* 300. *num.* 40. *& ſeqq.* fruſtra equidem legi locum damus in iis, de quibus nulla in lege mentio eſt, uti in ſimili JC^tus^ reſpondet *in l. cum prætor* 12. *π de judic. l. ſi cum*

dotem 22. *π̃ ſol. matr.* Quod tamen ex priore opinione neceſſario ſequeretur, & novercæ non ſemiſſis, ſed tertia demum hæreditatis pars adjudicanda foret; detractâ enim per filium legitimâ, idem cum novercâ in reliquo pari jure gauderet. Quantum autem ad argumentum à diverſitate utriuſque remedii pro contrariâ ſententiâ allatum, illud ab ipsâ lege *hâc edictali.* ſatis eliditur, fruſtra enim à nobis hic diſtinguitur, cum lex permittat ſimpliciter tantum novercæ, quantum filio prioris thori relinqui, nec diſtinguat inter debitum naturæ & legis; neque verum eſt, quod in compenſationem injuriæ, & in vindictam ac odium ſecundarum nuptiarum hæc fiat detractio, non enim ſecundi matrimonii odium, ſed liberorum priorum favor cauſam dedit conſtitutioni; verum quidem eſt favorem & privilegium ſine læſione alterius non ſubſiſtere, interim tamen odioſum illud tantum dicitur, quod ex intentione legiſlatoris & directo in odium introducitur, quod hic ceſſat; fruſtrà igitur hiſce diſtinctionibus inhæremus, ſi lex nuſquam eaſdem agnoſcat, ſed ſimpliciter loquatur. Errant autem illi, qui ex poſitione hujus ſententiæ falſam hanc conſequentiam conantur elicere, nihil ſcilicet novi per leg^m. *hâc edictali.* fuiſſe conſtitutum, ſi prius legitima non detrahatur, quia tantum de conſervandâ legitimâ loqueretur, quod per anterio-

res

res conſtitutiones jam dudum fuerat diſpoſitum; facilè enim ex lege ipsâ invenies longè aliud hujus reſcripti beneficium eſſe, & multo pinguius, quam petitio legitimæ, aut inofficioſæ dotis querela eſt, ſi quidem antea legitima, & nunquam plus peti per liberos poterat, jam vero non tantum legitimam, ſed etiam ſuperfluum ſupra legitimam avocant, ſi novercæ quid immoderatè relictum fuerit; antea licuit in ſecundum conjugem bona omnia transferre, dummodo liberorum legitima ſalvaretur, atque ita plus, quam ſingulis liberis, quod autem ſi nunc foret, non ſubſiſteret, ſed infirmaretur, ita ut magis ex lege eſſe videatur, ſi legitimam non eſſe deducendam ſtatuamus, quæ opinio nupero Curiæ arreſto 5. *Aprilis* 1653. *in dictâ causâ hæredum Danielis Hoorens* corroboratur; & latius confirmant Anton. Faber *Conjectur. libr.* 14. *c.* 17. Frederic. Solis *de lucr. dot. quæſt.* 55. Neoſtad. *de pact. antenupt. obſerv.* 4. *in not. verſic. portio.* Cunrad. Rittershuſ. *ad Novell. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 9. Fuitque ea ſententia Cyni, Petri de Anchorano, Aretini, Alexandri, Saliceti aliorumque veterum, uti refert Petr. Peckius *loc. ſupr. alleg.* Quos ſecuti ſunt Statutorum Daventrienſium Compilatores *part.* 3. *tit.* 2. *art.* 7. Conſentit Franciſc. Niger Cyriacus *Controv. forenſ. cap.* 527. *num.* 55. Et approbatum eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

14. *Aprilis* 1659. nuperâ Conſtitutione Deciſoria *art.* 10.

L² 72.134

II. Non tantum autem liberi, ſed & nepotes eorum nomine utuntur hoc jure, iis enim jure tranſmiſſionis & repræſentationis contra parentis utriuſque ſive avi ſive proavi fraudem, ſi quid malè geſtum ſit, reſcriptum ſuccurrit, *l.* 6. *C. de ſecund. Nupt. verſ. quam obſervationem. Novell.* 22. *c.* 27. Barboſ. *ad l.* 3. *C. de Secund. Nupt. num.* 24. Surdus *deciſ.* 72. *num.* 11. Cancer. *var. reſol. part.* 3. *c.* 2. *num.* 197. Fontanell. *de pact. antenupt. tom.* 2. *cl.* 5. *gl.* 8. *part.* 4. *num.* 14. *&* 52. Nicol. Noalis *de tranſmiſſ. c.* 13. Secludebantur hujus Diœceſios vicinarumque gentium antiquâ conſuetudine ab hæreditate avi vel aviæ nepotes, quoties ab inteſtato cum patruis vel materterâ concurrerent, donec tandem Carolus Quintus jus repræſentationis in rectâ lineâ introduxit, Statut. Ultraject. *Rubr.* 23. *art.* 24. Freder. Sandius *ad Conſ. Feud. Gelr. tract.* 1. *tit.* 3. *c.* 1. §. 1. *num.* 11. *& ſeqq.* Ex eo autem jure non in capita, ſed in ſtirpes nepotes ſuccedunt, aut pro unâ ſaltem perſonâ habentur; Nepotes, inquiunt Imperatores *in l.* 2. *C. de ſuis & legitim. hæredib.* ex diverſis filiis varii numeri avo ſuccedentes ab inteſtato, non pro virilibus portionibus, ſed ex ſtirpibus ſuccedunt; idem *in* §. 6. *Inſt. de hæreditat. quæ ab inteſt. deferunt.* Ita ut conſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

conſequens ſit plus ſecundæ conjugi relinqui poſſe, quam ſinguli nepotes ex prioris matrimonii liberis ſuſcepti conſequuturi ſunt; parentis enim defuncti jus ipſis ſolummodo competit, nec plus petere poſſunt, quam in vivis habiturus foret is, cujus perſonam repræſentant, *l. hæredem* 59. *l. nemo* 120. *π de Reg. Iur.* Non etiam jus repræſentationis lucri faciendi gratiâ introductum eſt, ſed evitandi damni causâ, ne ex luctuosâ parentis morte hæreditatem liberi amittant, atque ita Supremus Friſiæ Senatus cenſuit apud Sandium *lib.* 2. *tit.* 3. *def.* 5.

III. Quod vero ſtatuitur, ne Novercæ vel ſecundæ Conjugi plus relinquatur, quam minima filiorum portio eſt, in eo non facti ab Imperatoribus, ſed juris reſpectus habitus fuit ut tantum ſecunda conjux percipiat, quantum liberis ipſo jure ad minimum debetur, quæ legitima eſt; quod ſi enim alicui ultra conceſſam lege portionem quicquam relinquitur, illud ad certum modum ad capiendum à lege præſcriptum reſcinditur, *l. ſed ſi hoc.* 62. *§. cuidam* 1. *π de condition. & demonſtrat. l. quod conditionis* 36. *in princip. π de donat. cauſ. mort.* Neque ex rigore legis deſumenda eſt literalis interpretatio, ſed ne quid juris plus novercæ concedatur, quam uni ex liberis lex providit; non paternum judicium aut elogium Lex *hâc edi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ctali. planè diminuit, ſed ad legis proviſionem illud intra cancellos coërcuit; non in odium teſtatoris lata conſtitutio eſt, ſed in favorem liberorum, ne quid ipſis per injuriam detrahatur; quod ſi igitur filio prioris matrimonii minus legitimâ relictum fuerit, non tamen eo uſque Novercæ aut poſterioris conjugis portio deducenda eſt, ſed in tantum, ut legitimam plenam, ſicuti liberi, habeat, Stephan. Bertrand. *ad l. hâc edictali. verſ. ita tamen num.* 1. *&* *ſeqq.* Maynard. *lib.* 3. *deciſ.* 74. Faber. *in C. Sab. lib.* 5. *tit.* 5. *def.* 3. Cancer. *var. reſ. part.* 3. *c.* 2. *num.* 193. Barry *de ſucceſſ. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 34. Fontanell. *de pact. antenupt. cl.* 5. *gl.* 8. *part.* 5. *num.* 31. Cuyck. *ad Conſ. Cravett.* 40.

IV. Imo licet filius, cui minus legitimâ per patrem relictum eſt, legitimo juris remedio non fuerit uſus, aut ad ſupplementum non egerit contentus portione teſtamentariâ, quæ legitimâ forſan minor eſt, tamen noverca ex legato ſibi per maritum aſcripto legitimam retinebit, ſeu minimam filiorum portionem, non quatenus filius hic percipit, ſed quatenus ei percipiendi jus competit; quamvis enim teſtator legitimam plenam filio non reliquerit, à lege tamen eadem relicta cenſetur, cui ultima diſpoſitio debet eſſe conformis: foret etiam alioquin in poteſtate privigni

poſitum

poſitum novercam fraudare legis auxilio, & cum fratribus ſub ſpecie repudiati ſupplementi, & prætextu legitimæ non petitæ colludere, eamque ſententiam duplici judicato confirmat Jacob. Puteus *lib.* 2. *deciſ.* 9. *&* *deciſ.* 14. & ex Mohedano Vivius *lib.* 2. *com. opinion.* 527. *num.* 5. licet minus recte ſeceſſum faciant Merlinus *de Legitim. deciſ.* 104. Choppin. *ad Leg. And. lib.* 3. *c.* 1. *tit.* 1. *num.* 9. Durant. *deciſ. Tholoſ.* 16. & ibi Ferrerius.

V. Quoties autem Lex *hâc edictali.* locum ſibi vendicat, in filiali portione æſtimanda non tam totius patrimonii habetur ratio, quam quidem ſingularum rerum in patrimonio exiſtentium: Cum enim ſublatâ Romani Imperii Juriſdictione ejuſque formâ, ſuis ubique ſtatutis & territorio immobilia ſubjiciantur, præſertim circa rerum alienationem, integrum non eſt alterius juriſdictionis ſubdito ulterius de bonis ſuis diſponere, quam leges loci, ubi ſita ſunt, permittunt; quod ſi itaque maritus binubus decem millia poſſideat, quorum in Hollandiâ duo millia ſita ſunt, reliqua vero in dominio Trajectenſi, ubi planè conjugibus ſibi invicem gratificari in proprietate interdictum eſt, quod in Hollandiâ ſub moderamine legˢ· *hâc edictali.* licet, in æſtimandâ filiali portione, quæ de immoderato forſitan legato detrahitur, non facienda detractio eſt de decem

millibus aut toto patrimonio, ſed tantum de iis, in quibus gratificatio locum habet, ſcilicet de bonis tantum Hollandicis ſeu de duobus millibus; nec enim Lex *hâc edictali.* toti patrimonio apud nos præſcripta eſt, aut recepta, ſed iis ſolummodo bonis, quæ ſita ſunt in loco, ubi dicta conſtitutio viget, ſeu in proprietate, ſeu uſufructu; unde bona in hâc aut illâ Provinciâ ſita tanquam totum patrimonium Lex *hâc edictali.* conſiderat, ſolumque cavet, ne de bonis ſub ditione, ubi recepta eſt, ſitis ultra filialem portionem noverca gaudeat; revera enim Lex *hâc edictali.* naturam ſtatuti realis ſapit; ita ut hoc caſu reſpectu ſoli Hollandici non aliter ſeſe res habeat, ac ſi duo tantum millia maritus poſſideret, de quibus filialem portionem noverca capit, poſthabitis reliquis octo millibus, de quibus maritus uxori ſecundæ gratificari nullo modo poterat propter conſuetudines Ultrajectinas; quod ſi contrarium reſpondeamus, vim facimus ſtatutis Hollandiæ & receptæ *d. leg*s. conſtitutioni, quæ bonis ibidem ſitis ex conſuetudine dominatur, Novercæque concederemus portionem in proprietate de bonis Ultrajectinis, quæ generalem maſſam, ut fiat gratificatio, ingredi non poſſunt.

SECTIO I.

11 - 1

SECTIO I.

I. *Gemmæ, annuli aliaque jocalia in novercæ portionem imputantur.*

II. *Non vero ea, quæ jure ſtatuti capit præcipua.*

I.

LIcitum eſt Novercæ filialem ex bonis mariti portionem trahere, dummodo nihil aliunde ab ipſo habeat; cum itaque jocalia, annuli, morgengaba aliaque ejuſdem naturæ à ſponſo ſponſæ dari ſolita, de quibus *DD. ad tit. Feudor. de matrimon. ad Morganat. contract.* Scipio Gentilis *de donat. int. vir. & uxor. lib.* 2. *c.* 23. Bocer. *de donat. cap.* 9. ad Novercam ejuſque hæredes tanquam propria tranſeant, omni diviſione & detractione ſeclusâ, Flores de Mena *ad deciſ. Gammæ* 123. Valaſc. *tom.* 1. *conſ.* 2. *num.* 8. Hartmannus Piſtoris *lib.* 1. *quæſt.* 44. Groeneweg. *ad l.* 16. *C. de donat. int. vir. & uxor. num.* 10. *poſt Grot. Sand. Chriſtin. Mainard. alioſq.* filiali portioni eadem imputabimus, quoniam omnis omnino tam per conſtitutionem dotis quam ante nuptias donationis, aut alio actu inter vivos facienda liberalitas per legem reſtringitur, ut latius de doërii reſciſſione dictum fuit, unde legis circumſcriptionem à jocalibus removere L² 65 - 120

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

vere non liceat, ne ſupra filialem portionem præter Imperatoris ſcopum hæc Noverca retineat. Ita judicatum in *d. causâ liberorum Danielis Hoorens.*

L² 65-122

II. Alia tamen ratio eſt eorum, quæ ex ſtatuti diſpoſitione Noverca præcipit, qualia ſunt lectus, veſtes & his ſimilia, Statut. Ultrajectin. *Rubr.* 24. *art.* 7. quæ in filialem illam portionem imputanda non veniunt, cum non ex facto hominis ſeu mariti liberalitate, ſed favore ſtatuti deferantur; legalem autem ex ſtatuto alienationem legalis prohibitio non infringit. Imputatio hæc in totum jus quæſitum tolleret, & ex tali confuſione planè beneficium extingueretur. Neque diſtinctionem inter priores & poſteriores nuptias jus noſtrum Municipale interpoſuit, quo liberorum exiſtentium favorem conſideraſſe pateat, ſed generaliter in ſolatium amiſſi conjugis & thori luctuosâ morte viduati hæc cedere voluit, ita ut correctivam ſtatuti interpretationem a jure communi deſumendam non eſſe verius ſit, & præcipuum hoc in portionem filialem non imputari, Matth. Berlich. *part.* 3. *concluſ.* 29. *num.* 45. Idque Curiæ Ultrajectinæ aliquoties placuiſſe refert Everard. Verſchuer *Conſult. Iuriſc. Batav. part.* 3. *membr.* 2. *conſult.* 54. *num.* 20. Quod duobus ſuprâ relatis arreſtis 2. *Aprilis* 1653. & 20. *Decembris* 1656.

quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

quoque aſtruitur. Neque edicto Deciſorio immutatum eſt, uti Curia judicavit 11. *Aprilis* 1663. *in cauſâ Gerardi Backer contra Catharinam Kemp.* & noviſſime 26. *Martij* 1666. *inter viduam Servaſii Havart ejuſque prioris thori liberos.*

SECTIO II.

I. *Immoderatæ largitionis probatio liberis incumbit.*

II. *In eâ demonſtrandâ non vitæ aut matrimonii, ſed mortis tempus inſpicitur.*

III. *Quod per leg*m. hâc edictali. *revocatur, cum fructibus reſtituendum eſt.*

IV. *An ſolis liberis prioris matrimonii prodeſt hæc detractio.*

V. *An in legitimam imputetur?*

VI. *An* l. hâc edictali. *ceſſet, ſi liberi trinundinis proclamationibus non contradixerint?*

VII. *Quid ſi paternam hæreditatem adierint?*

VIII. *Quid ſi ingrati fuerint?*

I.

UBi de immoderatâ, & ſuperfluâ largitione ad normam leg^{s}. *hâc edictali.* reducendâ agitur, probatio in privignos rejicitur, ut fundamentum ſuæ intentionis legitimè demon-

ſtrent,

ſtrent, *l. 2. π de probat. l. actor. 23. C. eod.* alioquin in dubio ſuſpicio excluditur & illicita gratificatio inter conjuges, cum facti ſit, præſumi non ſolet, ſed fraudis requiritur probatio *l. 18. §. 1. π. de probat.* nec eſt neceſſe, ut noverca, vel vitricus bonorum ſuorum poſſeſſionem, aut dominium in jure aſſerat, antequam privigni ſuam litem teſtimoniis inſtruxerint, uti deciſum refert Ant. Faber *in C. Sabaud. libr. 5. tit. 5. def. 10.*

L² 69-128

II. Ad probandam autem immoderatam largitionem non matrimonii aut vitæ, ſed tempus mortis teſtatoris inſpicitur, ita ut ſi mulier duos liberos ex priore marito habens ad ſecundas nuptias convolaverit, & ſecundo conjugi tertiam bonorum partem pactis dotalibus aſſignet, ſuſceptis deinde liberis pro eorum numero hæc tertia pars debebit diminui, quia jam minor filialis portio eſt propter numerum liberorum, quam tempore matrimonii aut vitæ fuerat, cum pacta dotalia conficerentur; & è converſo ſi mulier habens quatuor liberos ex priore matrimonio tertiam bonorum partem vitrico tempore nuptiarum addixerit, quod ultra filialem portionem contra L. *hâc edictali.* non poſſet ſuſtineri, ſi tamen deinde duo ex liberis deceſſerint, propter mortem ipſorum filialis portio triens dicenda eſt, & ſecundo marito tantundem debebitur, licet

ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ex antea fuiſſet contra jus conceſſum, quia jam ex morte filiorum convalidatur, & portio filialis fit propter liberorum paucitatem, quod antea eam excedebat, Jacob. Cujac. *conſult.* 33. Maynard. *lib.* 3. *deciſ.* 85. Valaſc. *conſult.* 189. *num.* 6. *&* 8. Georg. Everhard. *vol.* 2. *conſ.* 35. *num.* 18. & judicatum refert Renatus Choppin. *ad Leg. And. lib.* 3. *c.* 1. *tit.* 1. *num.* 9. *& de Morib. Pariſ. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 8. Idque Imperator Juſtinianus in *Novell.* 22. *cap.* 28. ſatis clarè innuit, tempus, inquit, illud conſiderandum eſt, ſecundum quod binubus moritur, & portio inde ſumenda, & ſecundum eam id, quod plus eſt, contemplantes auferre, quod tranſcendit, oportet & filiis applicare, in omnibus talibus non ab initio donatione aut ſcripturâ reſpiciendâ, ſed qui vocatur eventus conſiderandus eſt; Nec minus dilucidè ipſa Conſtitutionis leg^s. *hâc edictali* verba hoc evincunt.

III. Probatâ vero donationis aut relicti immoderatâ conſtitutione, quod ſupra leg^s. *hâc edictali.* modum aſcendit, non tantum ſimpliciter reſtituendum eſt mariti hæredibus, ſed omnium fructuum inde perceptorum à die mortis defuncti viri reddenda ratio; quod enim contra juris prohibitorii diſpoſitionem hoc caſu relinquitur, pro non ſcripto haberi lex jubet, *Novell.* 22. *cap.* 27. ex actu autem pro infecto habito nulla fieri poteſt dominii tranſlatio, nec

legiti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

legitima fructuum perceptio, quare in redditione corporis, quod ultra legm· *hâc edictali* legatum eſt, & fructuum æſtimatione non tempus litiſconteſtationis, ſed dies mortis teſtatoris inſpiciendus ſit uſque ad ſententiam, prout in Senatu Mantuano judicatum refert Joan. Petr. Surdus *deciſ.* 171. & *ibid. in notis* Hodierna *poſt Cavalcan. Molfeſ. Fontanell. allegat.* quamvis hæc reſolutio dubio non careat, apud quos ex ſtylo & uſu receptum eſt non niſi à die litis motæ fructus deberi, quarè altioris indaginis hanc quæſtionem Senatus Catharlaunicus exiſtimans eandem decidere diſtulit, Fontanella *de pact. antenupt. cl.* 5. *gl.* 8. *part.* 4. *num.* 56.

IV. Cæterum quod per legm· *hâc edictali.* revocatur ad ſolos prioris thori filios ſpectat ex Leonis & Anthemii conſtitutione, ut ſcilicet iis ſolummodo revocatio & deductio ſuperflui prodeſſe poſſit, quibus deducendi jus per legem conceſſum fuerit, ne beneficium in favorem liberorum prioris thori ab Imperatoribus excogitatum, ad eos etiam extenderetur, quorum nullus favor aut privilegii ratio verſatur; ſed poſtmodum Imperator Juſtinianus promulgatâ conſtitutione legs· *quoniam præteritæ* 9. *C. de Sec. Nupt.* prius illud Leonis reſcriptum Immutavit, juſſitque, ſi quid per legem detraheretur, inter utriuſque thori liberos, & quidem per

capita

 11-2

capita dividi, nec extra paternam hæreditatem, quæ ad omnes liberos æquè pertinet, poni voluit illud, quod pro eo habetur, ac ſi neque ſcriptum neque relictum, neque datum vel donatum eſſet, qualis eſt ſuperflua portio; donec mutatâ ſententiâ, quod anteà conſtituerat, deleverit, & quod mutaverat, revocaverit ulterius legm. *hâc edictali.* à Leone latam confirmans, & liberis prioris matrimonii detractam portionem ſolis addicens, *Novell.* 22. *cap.* 27. Gudelin. *de Iur. Noviſſ. lib.* 1. *cap.* 12. Sande *lib.* 2. *tit.* 3. *def.* 6. *in med.* Bertazzol. *lib.* 1. *Conſult. deciſ.* 81. *nu.* 16. Judicata referunt Bouvot *part.* 1. *in verbo. donat. quæſt.* 3. Mornacius *in Schol. poſthum. ad l.* 6. *C. de Sec. Nupt. lit. E.* Leeuwen *in Cenſ. forenſ. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 46. dummodo poſteſterioris thori liberi legitimam ſalvam & illæſam habeant; quod non tantum ex civili lege, ſed & ſpeciali juris Bavarici conſtitutione receptum ſcribit Joan. Franciſc. Balthaſar *pract. reſol. part.* 1. *tit.* 1. *reſol.* 13. *num.* 19. Hæc tamen Novella Juſtiniani Conſtitutio duritiëi à Molinæo *de Inoff. donat. num.* 78. inſimulatur, laudatâ legis *Quoniam præteritæ* 9. *C. de Sec. Nupt.* æquitate, quæ ad ſuperfluæ portionis diviſionem liberos, uti matris hæredes abſque thori diſtinctione æqualiter vocat, cum altera Sanctio poſteriorem ſobolem ex ſolo relicti titulo in pœnam quaſi faciat incapacem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

V. Illud admonendi ſumus hanc legalem detractionem in legitimam non imputari, licet ex paternâ ſubſtantiâ deſcendat, ſed utrumque remedium liberis competere, & petendi legitimam, ejuſve ſupplementum, & inſuper deducendi ſuperfluam portionem ex immoderatâ largitione; nam expreſſè Lex *hâc edictali.* primo legitimam ex legibus debitam ullo modo minui vetat, & deinde beneficium detractionis concedit, ita ut imputari ea in quartam non poſſint, quæ per ſecunda matris vota filius lucratur, Fachin. *lib.* 3. *controv.* 70. Surdus *deciſ.* 169. *num.* 6. Mangill. *de imputat. quæſt.* 7. *num* 51. *& ibid. allegat.* Mater itaque, cujus ſubſtantia forſan viginti millia continet, duos habens filios ex priore matrimonio, ſi unum in duobus, alterum in ſeptem millibus, in reliquo vitricum, ſeu ſecundum maritum inſtituit, non ſtatim inter ſeſe liberi viriliter divident, quod à vitrico detrahitur, ſed primo ille, cui minus legitimâ relictum fuit, ejus ſupplementum deducet, & deinde æqualiter cum fratre dividet, quod ſecus foret, ſi imputatio allegari poſſet; probè autem diſtinguenda eſt hæc imputatio, à detractione legitimæ, de quâ in principio hujus capitis diximus, malè enim utramque confundit Chriſtinæus ſecutus Peckium *vol.* 3. *deciſ.* 170. *num.* 7.

V I. Sequitur de legis *hâc edictali.* ſilentio; diſ-

plicet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

plicet eorum opinio, qui dictam conſtitutionem ceſſare autumant, ſi liberi eorumve tutores ſecundis nuptiis vel trinundinis earum proclamationibus non contradixerint, aut pactis dotalibus conficiendis interfuerint, iiſque ſubſcripſerint, vid. Joan. Deckherum *lib.* 2. *diſſert.* 4. *num.* 15. *&* 16. Ant. Fabr. *in C. Sabaud. tit. de ſecund. nupt. def.* 5. Aliud enim eſt parentem colere, venerari, & ex pietatis officio ſecundo matrimonio conſentire, aliud verò juri ex legibus quæſito renunciare, nec generalis conſenſus ſpecialem renuntiationem introducit, quæ in *l. hâc edictali.* requiritur, Joan. Baptiſt. Hodierna *ad Surd. deciſ.* 8. *nu.* 11. nec qui ſecundas nuptias probat, ſtatim in amiſſionem ſui juris conſentit, Kuyck *ad Conſil. Cravett.* 661. Fachin. *lib.* 3. *controv.* 65. Tulden. *ad tit. C. de Sec. Nupt. num.* 8. Quod ſi vero liberi majores fuerint & juri pro ſe introducto renuncient, quod cuique liberum eſt *l.* 41. *ff de minor. l.* 71. *ff ad L. Falcid.* inter omnes conſtat hæc optimè poſſe ſubſiſtere, Fachin. *d. loc.* Coraſ. *lib.* 3. *miſcell. c.* 1. *num.* 14.

VII. Licet etiam hæres defuncti factum præſtare teneatur *l.* 149. *ff de R. I. l. cum à matre* 14. *C. de rei vindicat.* tamen per aditionem hæreditatis voluntas patris minimè confirmatur, ſi quid contra leg^m. *hâc edictali.* geſſerit aut reliquerit, Surdus *deciſ.* 99. *num.* 7. Nicol.

col. Burgund. *de evictionib. cap.* 101. *num.* 26. Imo licet vel cum juramento huic conſtitutioni jam moribundus renuntiaverit, Guitier. *de juram. confirmat. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 15. Andr. Dalner. *de renunt. cap.* 13. *num.* 4. Jusjurandum enim contra vim legum & authoritatem juris in teſtamento ſcriptum nullius eſſe momenti docet Marcianus *in l. ſi quis* 112. §. 4. *π de legat.* 1. Et ſi quid adverſus leges in teſtamento cautum ſit, ex jure publico reſcinditur *l. quod de bonis* 15. §. 1. *π ad Leg. Falcid. l.* 55. *π de legat.* 1. *l.* 21. *in fin. π de reb. dub.* Factum autem quod nullum eſt, & contra expreſſam legis prohibitionem validitatem nuſquam adipiſcitur, cum enim à judicio teſtatoris non dependet, ſed à lege, per aditionem non ſubſiſtit, *arg. l.* 1. *C. de uſufr.* Mornac. *ad d. l.* 14. *C. de R. V.* Quodque ex teſtamento non poteſt robur acquirere, ab hærede per tacitam teſtamenti ratihabitionem præſtari non eſt neceſſe, filius alioquin ab aditione hæreditatis arceretur, aut vix unquam *l. hâc edictali*, locum caperet, atque ita in Rotâ Avenionenſi deciſum refert Hieronymus à Laurentiis *deciſ.* 95. *num.* 2.

VIII. Generaliter autem *l. hâc edictali.* ceſſat, quoties exhæredandi cauſa parenti conceditur, *d. l.* 6. *C. de Sec. Nupt. verſic. Niſi ex his cauſis.* qualis ea eſſe dicitur, ſi filius ſeſe Nover-

cæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

cæ ſeu Concubinæ patris miſcuerit, *Novell.* 115. *cap.* 3. §. 6. Cum itaque querela inofficioſi teſtamenti excluditur, multo minus beneficium hujus legis & actio ad legitimæ ſupplementum competit; quare Imperator Juſtinianus *in l. ult. C. de Sec. Nupt.* Leonis conſtitutionem ita interpretatur, ne liberis occaſio ingratitudinis adverſus parentes præbeatur, quæ ſi liquidis probationibus adfuiſſe demonſtretur, ex priſcis legibus, non vero Imperatorio Leonis reſcripto deciſio petenda eſt; idemque *Novell.* 22. *cap.* 27. confirmat, ne protervi liberi naturæ leges injurientur. Olim etiam donationes à matribus in liberos collatæ, ſi in ſecundi matrimonii fœdus nupſiſſent, ex ingratitudinis causâ non revocabantur, ſecundum Conſtantini placitum *l. his ſolis* 7. *C. de revocand. donat.* Donec per poſteriores Conſtitutiones conceſſa ipſis fuerit revocandi licentia ex tribus cauſis enumeratis *in Novel.* 22. *cap.* 25. Ita ut quotieſcunque ingratitudo probata fuerit, aut alia juſta exheredationis cauſa concurrat, abſque omni deductione uſusfructus omnium bonorum novercæ per patrem rectè relinquatur, apud alios autem hæreditas ex inſtitutione & teſtamento plena & abſoluta eidem deferatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

SECTIO III.

I. *Vſusfructus Novercæ relictus ad alimenta non eſt reſtringendus.*

II. *An Noverca uſufructuaria teneatur ſatiſdare.*

I.

USumfructum à marito uxori relictum ad alimenta Communis Doctorum ſententia reducit, Surdus *de aliment. tit.* 2. *quæſt.* 15. Ludovic. à Peguera *deciſ. Cathalaun.* 103. *num.* 1. Herman. Meyrer. *de teſtam. ſucceſſ. lib.* 1. *tit.* 11. *num.* 5. Barry *de ſucceſſ. lib.* 9. *tit.* 24. *num.* 6. Chriſtin. *vol.* 3. *deciſ.* 131. *num.* 40. Mantica *de conject. ult. volunt. lib.* 9. *tit.* 7. Eamque opinionem non ſolum per Italiam ſervari, ſed per totum terrarum orbem receptam eſſe iidem tradunt: vix tamen legibus accepta ferri poteſt; verum ex Italiâ ejuſque moribus per Bulgarum hâc conſuetudine dotatis, uti refert ex *Bartolo* Valentin. Forſter. *in hiſtor. jur. civil. lib.* 3. *c.* 10. *num.* 3. ad alios profluxiſſe verius eſt; Nam legato uxori uſufructu, non prædiorum tantum, aut ſupellectilis, ſed omnium uſumfructum deberi reſpondit Scævola in *l. uxori meæ* 37. *l. generaliter* 32. §. 2. *π de uſufr. legat.* Joan. Vaudus

lib. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

lib. 1. *quæſt.* 3. Andræas Fachinæus *lib.* 5. *controv.* 47. Ex Belgii conſuetudine planè rejicitur hæc ſententia, ita ut apud nos liberis potius ex legato uſufructu alimenta competant, aliaque neceſſaria ſolummodo ſuppeditentur, Tuldenus *ad tit.* C. *ſi ſecund. nupſer. mul. cui mar. uſumfr. rel. num.* 3. Neque unquam ſibi contrariam opinionem placuiſſe ſcribit Petr. Peckius *de teſtam. conjug. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 2. Jus enim noſtrum facilè patitur uni uſumfructum competere, alteri vero ejuſdem rei proprietatem eſſe obligatam *l.* 2. *C. de uſufruct.* Et in terminis reſpondit Mynſingerus prædictam communem opinionem ceſſare, ſi ſuperſtite ex priore matrimonio ſobole noverca vel vitricus uſufructu gaudeat *Cent.* 5. *obſ.* 37. *num.* 6. *& ibid. alleg.* dummodo nequid contra leg^m. *hâc edictali.* fiat. Liberorum autem legitima ab uſufructu ſemper excipitur, eamque privignus omni uſufructus gravamine remoto ſtatim conſequitur, *l. omnimodo. Authent. noviſſima l. quoniam in prioribus C. de inoff. teſt.* ubi Roder. Zuares, Barboſa & DD. Acacius *de privil. par. & lib. privil.* 14. *part.* 1. *c.* 5. unde non ſolum legitima, ſed & fructus ejuſdem ex tempore mortis teſtatoris filio debentur, Staiban. *de Intereſſe lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt. unic.* Marius Giurba *deciſ. Sicil.* 65. *num.* 6. Griv. *deciſ. Dol.* 98. Ludov. à Peguera *deciſ. Cathal.* 125.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

II. Cum autem uxor à marito uſufructuaria teſtamento conſtituta ſatiſdare debeat *l. 1. l. 4. C. de uſufruct.* Guido Papæus *deciſ. Grationopolit.* 248. etiam juris eſt novercam ſubſiſtente uſufructu ad cautionem præſtandam teneri, Papon *lib.* 15. *tit.* 6. *arreſt.* 5. quotieſcunque enim de ſatiſdatione aut cautione agitur, noverca extranei jure cenſenda eſt. Nec obſtat, quod pater in bonis filiorum ſatiſdare neceſſe non habeat, *l. cum oportet* 6. §. 2. *C. de bon. quæ lib.* quoniam noverca vel vitricus parentium jure non gaudent; præterquam quod prædictum privilegium non in omnibus bonis locum tenet, ſed in iis ſolummodo, quæ pater jure legis, non teſtamenti poſſidet, quæque ad liberos in poteſtate poſitos, non ad emancipatos ſpectant, Boerius *deciſ.* 61. *num.* 9. *& ſeqq.* nam benignus animus, quem in patre lex præſumit, à ſatiſdatione eum non liberat, ſed patria ſolummodo poteſtas, in quâ uſusfructus legalis ratio conſiſtit *l. 1. l. 4. C. de bon. quæ liber. l. 3. §. 1. C. de bon. matern.* In iis enim quæ pleno jure competunt liberis, etiam de jure Romano pater ſatiſdare cogitur & rationem reddere, Pinell. *ad l. 1. C. de bon. matern. part.* 2. *num.* 27. Caſtillo *de uſufr. c.* 3. *num.* 107. quod judicis tamen arbitrio quoad cautionem præcipue commiſſum eſt, Carpzov. *part.* 2. *Conſt.* 10. *def.* 9.

CAPUT

CAPUT XII.

De Communi Conjugali dividundo.

I. *Diviſio bonorum facienda eſt ſecundum ſtatuta loci.*

II. *Quid ſi diverſitas ſit circa leges domicilii uxoris & mariti, aut loci contractus & habitationis.*

III. *Quod in pactis dotalibus expreſſum non eſt, ſtatuti diſpoſitioni relinquitur.*

IV. *Quod per pacta dotalia à communione exemptum fuit & æſtimatum, ſi perierit, ejus pretium debet reſtitui.*

V. *Quomodo melioratio in bonis alterius facta æſtimari debeat.*

VI. *Quantum pro debito prioris matrimonii, aut pro delictis & ſimilibus cauſis ſolvitur, tantum noverca repetit.*

VII. *Si privigni in re paternâ laboraverint, ejus habenda ratio eſt.*

I.

UBi extra teſtamentum verſamur inter novercam privignosque dividitur patrimonium, ac ſi ſocii forent, cum res relictæ ante ſeparationem inſtitutam communes cenſeantur, ita ut rectè judicium hoc com-

muni dividundo vocitetur, cum non ut hæredes, ſed ut ſocii ab utrâque parte veniant, noverca ſcilicet ex proprio capite, liberi vero ratione ſocietatis; contrà quam præcedenti capite diximus, ubi ex teſtamento tanquam hæredes & potius judicio familiæ erciſcundæ cenſendi ſunt. Deficientibus itaque pactis dotalibus æqualitas ſervatur in bonis communioni ſubjectis, eorumque in duas partes ſeu ſemiſſes facienda diviſio eſt, dummodo conſummato matrimonio actus communicandi ex ſtatuto intervenerit; aliud enim hic Gallis, Luſitanis, Hollandis, Gelris placuit, aliud vero ab Ultrajectinis, Friſiis & pleriſque Germanis receptum eſt; illis ad communionem introducendam ſola benedictio eccleſiaſtica ſufficit, Mornac. Buſius. Groeneweg. *ad l. 6. π de Rit. Nupt.* Gamma *deciſ.* 124. *& ibi Flores de Mena.* Lambert. Goris *adverſ. tractat.* 1. *c.* 2. His non item, ſed poſt ſolemnem in Eccleſiâ benedictionem ingreſſus thori conjugalis & corporum requiritur conjunctio, Statut. Ultraj. *Rubr.* 22. *art.* 1. Sande *libr.* 2. *tit.* 5. *def.* 1. Daſſel. *ad Conſuet. Luneburg. art.* 8. *num.* 11. *&* 12. De jure Hollandico caſus extitit, uti eum refert Petrus Borrius *Hiſtor. Belg. part.* 6. *circa annum* 1596. ubi privigna contra novercæ hæredes communionem introductam negabat, eâ ratione quod pater ipſius binubus cum

novâ

novâ conjuge ex templo rediturus ante copu-
am aquis fuerat ſubmerſus, ſed repulſam pri-
vigna tulit, & ex ſolâ benedictione eccleſiaſticâ
Senatus communionem introductam judica-
vit, Neoſtad. *de pact. antenupt. obſ.* 17.

II. Ubi vero diverſitas eſt circa leges domi-
cilii uxoris & mariti, aut ratione loci contra-
ctus, veluti ſi Friſius cum Hollandâ, aut Luſita-
nus cum Caſtellanâ per matrimonium ſocien-
tur, in dirimendâ ſocietate, & contractæ ſocie-
tatis judicio leges ſervabimus, quæ in loco do-
micilii mariti viguerunt, *l. exigere dotem* 65.
ff de Iudic. Larrea *deciſ. Granat.* 62. Cabedo
part. 1. *deciſ.* 165. Valaſc. *deciſ.* 138. *&* 175.
Frederic. Solis *de lucr. dot. quæſt.* 3. Franciſc.
Balthaſar *pract. reſol. part.* 1. *tit.* 1. *reſol.* 1.
num. 43.

III. Quod ſi particularis inter conjuges con-
tracta ſit ſocietas, eâ diſſolutâ ſecundum pacta
dotalia & expreſſas in iis conventiones facienda
diviſio eſt *l.* 1. *C. de pact. convent. l. unic.* §. 16.
C. de rei uxor. action. Balthaſar. *d. loc. num.* 39.
& utrique conjugum, ſeu alterius hæredibus
ſua portio aſſignanda pro eâ parte, quæ in ma-
trimonii ſubſidium collata fuit, prout index
bonorum de utriuſque patrimonio in initio
conjunctionis confectus adfuiſſe demonſtrat;
quod vero in eum relatum non fuit, licet exti-
terit, ejus nulla condictio eſt; ubi enim pactum
dotale

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

dotale non ſatis clarum eſt, quod ad indicem bonorum plerumque ſeſe refert, vel ſtipulatio deficit, jus ſtatutarium & communionis ſequimur, quia voluntas non expreſſa ſtatuto, quod jus noſtrum commune eſt, conformis præſumitur: ſocietas autem & bonorum communio non facti amplius, ſed juris apud noſtrates eſt; ubi igitur expreſſe non reſiliunt à ſtatuto conjuges, in iis ſtatutum ſervabimus arg. *l.* 22. *π ſolut. matrim.* Coren *obſ.* 30. *num.* 68. & *conſ.* 25 Mar. Giurba. *deciſ.* 111. *num.* 6. Grivell. *dec.* 68. Grotius *in Manuduct. lib.* 2. *part.* 11. *verſ. alwaert ſchoon.* Ita ut ſubortâ dubitatione circa expreſſionem in pactis dotalibus factam, aut circa naturam bonorum, num ſcilicet patrimonialia ſint, an vero acquiſita, ſemper pro communione & acquæſtu conjugali, ex moribus contra jus Romanum & conſtitutionem leg^{s}. *Quintus* 51. *π de donat. int. vir. & vxor.* præſumi ſoleat, donec contrarium probetur, Virgil. Pingizer *quæſt. illuſt. Saxon.* 28. *num.* 39. Garſias *de acq. conjug. num.* 158. Lambert. Goris *tract.* 1. *c.* 1. *nu.* 37. Gomeſ. *ad L. Tauri* 50. *num.* 70. Uffel. *in not. ad Covarruv. lib.* 3. *var. reſol. cap. ult.* Argentr. *ad Conſ. Britan. art.* 265. *cap.* 5. *nu.* 6. Quod ſi conjuges ſtipulati fuerint bona ſua omnia, uti venerint, ita ad utrumque latus reverſura eſſe, ſtatutariæ communionis præſumtioni non dabitur locus in iis, quorum proprie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

proprietatem ante matrimonium ad ſeſe pertinuiſſe alter conjugum demonſtraverit, licet in bonorum repertorio forſitan non recenſeantur; nulla enim in hoc indice ſeu repertorio ſtipulationis vis eſt, ſed in pactis dotalibus, quibus communioni jam derogatum eſt, ita Curia judicavit *ult. Iulij.* 1665. *in causâ liberorum Toparchæ de Harmelen.* Quod ſecus foret ſi in pactis dotalibus ad bonorum inventarium ſeſe conjuges præciſe referant.

IV. Ea igitur, quæ in pactis dotalibus expreſſa ſunt, aut in inventario deſcripta & æſtimata, ſi perierint, utriuſque conjugis cedunt diſpendio, & ex acquæſtibus primo vel iis deficientibus ex alterius conjugis capitali ſummâ pro dimidio ſuppleri debent; ſi quis enim in ſocietate ex re aliquâ lucrum ſtipuletur & emolumentum ſentiat, in eâdem etiam, ſi quod damnum evenerit, reſarciat æquum eſt, §. *illud.* 4. *Inſt. de ſocietat.* De rebus autem in matrimonium adductis conjux uterque fructus percipit, & commodum haurit, cui conſequens eſt ut tantundem refundatur, quantum diminutum eſt alterius patrimonium. Neque etiam lucrum ſtante matrimonio factum dici poteſt, antequam cuique ſua bona patrimonialia ſalva fuerint. Dixi æſtimata; alioquin res quæque alterius conjugis propria, non communioni, ſed domino ſuo perit, Herbajus *rer.*

quotidian.

quotidian. cap. 16. Sande *lib.* 2. *tit.* 5. *def.* 8. *in fin.* Is ſiquidem præcipuus æſtimationis apud nos effectus eſt, utpote quæ in pactis dotalibus venditionem non introducit, ſed eum in finem adhibetur, ut ſciatur quanti res fuerit tempore contractus, ad probandam exinde, ſi diminutio acciderit, læſionem, ita judicatum *in cauſa van Nicolaes de Meyert rendant contra d'Erfgenaemen van Claesjen Bas debattanten* 2. *Iunij* 1666. Covarrar. *pract. quæſt.* 28. *num.* 4. *verſ. tertio.* Barboſa *ad l.* 21. *C. de Iur. dot.* Fontanell. *de pact. antenupt. cl.* 5. *gl.* 8. *part.* 13. *num.* 31. *& ſeqq.* Chriſtin. *vol.* 3. *deciſ.* 133. *nu.* 6. *Conſult. ICtum Batavor. part.* 3. *membr.* 2. *num.* 25.

L² 159-3

V. Sublatâ autem expenſarum diſtinctione, quas in neceſſarias, utiles & voluptuarias Juriſconſulti diſpeſcunt, *l.* 1. *ff de Impenſ. in rem dotal. fact. l.* 79. *ff de V.S.* eas tantum conjux ſuperſtes deducit, quæ utiliter in dotem impenſæ eandem augent, Neoſtad. *de pact. anten. obſ.* 20. Garſias *de expenſ. c.* 13. *num.* 49. Goeneweg. *ad l. unic.* §. 5. *C. de rei uxor. act.* Non enim quantum maritus expenſum fuiſſe demonſtrat, ſed quantum melioratum eſt conſideratur, Valaſc. *de partition. c.* 6. *num.* 24. In iis igitur æſtimandis non tempus, quo factæ ſunt, ſed ſolutæ ſocietatis & diviſionis hora inſpicienda eſt, & meliorationis tunc extantis habenda ratio,

DD. ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

DD. ad *l. domos* 58. *ff de legat.* 1. Garſias *de expenſ. c.* 22. *num* 9. Gaill. *lib.* 2. *obſ.* 121. *num.* 12. Quâ de causâ non ulterius conjux ſuperſtes impenſas reſarciet, niſi in quantum res ipſius melior facta ſit, aut pretium illius creverit, Molinæus *ad Conſuet. Pariſ. tit.* 1. §. 1. *gl.* 5. *num.* 113. Groeneweg. *ad tit. ff de impenſ. in rem dot.* atque ita in reviſione judicatum fuit 20. *Februarij* 1629. *in causâ Iacobi van Coeverden & Everardi vander Marſche*; & nuperrimè Curia *in dictâ causâ liberorum Henrici Ruyſch eorumque novercæ* 20. *Decembris* 1656. quæ opinio pleniſſimè confirmatur ab iis, qui *in d. l.* 58. *ff de legat.* 1. legunt, *ædificiorum quantitatibus æſtimatis*; quanquam alii aliam lectionem forment, vide Theſſaur. *deciſ.* 251. *num.* 3. Guilielm. Forner. *ſelect. lib.* 1. *cap.* 2. Anton. Auguſtin. *Emendat. libr.* 3. *cap.* 1. Expenſarum non extantium ſeu conſumptarum commodum & utilitatem maritus non minus, quam uxor, ſtante matrimonio percepit, & fructus inde provenientes ſuos quoque fecit; quod in rem alterius impenditur de communione acquæſtuum & ſocietate decedit, rationis igitur eſt, ut non ulterius diviſionem expenſæ ingrediantur, quam quatenus ad ſuperſtitem conjugem perveniunt, ejuſque commodo cedunt; iniquum foret reſtituere, quod nunquam conjux perceperit; deinde patet ex

hâc

hâc ratione, quod noſtris moribus non conveniat eorum ſententia, qui cenſent impenſarum refuſionem faciendam eſſe ſecundum tempus præteritum, ſi tempore reſtitutionis plus valeat melioratio, quam impenſum fuit; & vice versâ inſpiciendum eſſe tempus præſens, ſi plus impenſum fuit, quam melioramentorum valor eſt, cujus opinionis Doctores plurimos refert Barboſa *ad l.* 8. §. *fin. part.* 1. *num.* 92. *π ſolut. matr.* Cum enim ex rebus communibus maritus has impenſas fecerit, & non de ſuo ſolummodo patrimonio, recta ratio ſuadet, ut etiam lucrum damnumque communioni cedat, & quod perierit, ſeu quantum melioratio minor eſt, quam impenſa, utrique ſimul hoc decedat, & viciſſim ſi major melioratio, quam impenſa fuerit, utriuſque patrimonium etiam inde augeſcat.

VI. Si quæ debita ſtante matrimonio perſoluta ſunt, pro quibus noverca non tenebatur, tantundem illa præcipit; cum itaque nulla ratione delicti ſocietas interveniat *l.* 4. §. 2. *π Famil. erciſc. l.*52. §. *ult. l.*54. *l.*59. §. 1. *π pro Soc.* Garſias *de expenſ. c.*13. *nu.* 19. nec eo uſque ſeſe extendat poteſtas maritalis, cum ob maritorum culpam uxores inquietari leges vetent *l.* 2. *C. Ne ux. pro marit.* ſi quid ex eo capite ſolutum fuerit, noverca ſuum præ privignis recipiet, pro debiti perſoluti quantitate, Rodenburch

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

de jur. conjug. part. 2. tit. 2. num. 5. Valaſc. *de partit. cap.* 24. Si ob ſocii delictum villa ſit diruta, aut arbuſta ſucciſa, præſtabitur tibi detrimentum, inquit Pomponius *in l.* 20. *π Commun. Divid.* judicio communi dividundo; quicquid enim ſocii culpâ amiſſum eſt, eo judicio continetur; & ſic in ſimilibus, quæ ejuſdem naturæ ſunt, obſervari ſolet. Quod ſi debita tempore prioris matrimonii contracta, ſtante ſecundo matrimonio perſoluta fuerint, ſi pateat ex mariti bonis factam fuiſſe ſolutionem, ipſius maſſæ imputantur, Valaſc. *deciſ.* 103. *num.* 35. Alioquin ſi neſcitur, unde aut ex cujus bonis ſoluta ſint ſtante matrimonio, tunc ex lucratis facta præſumitur ſolutio, & ſua uxori dimidia portio inde adjudicatur, deciſum refert Valaſc. *d. dec.* 103. *num.* 36.

VII. Coronidis loco ſuccedat hæc quæſtio, num privigni in diviſione bonorum, quicquam petendi jus habeant, ſi ſtante ſecundo matrimonio in rebus paternis laboraverint, ejuſque rem familiarem, non contemnendâ acceſſione adauxerint? patri operas debent, eique per filios inſerviendum dictant leges *l.* 2. *C. de Patr. Poteſt. l.* 2. *C. de Patr. qui fil. diſtrax.* Ex eo igitur capite nihil juris ipſis conceditur; veruntamen cum res magis communis, quam paterna incrementum accipit, idque pro dimidio novercæ accreſcat, cui tanquam extraneæ inſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

vire nullo modo ſunt obſtricti, æquitas poſtulat ut ejus augmenti, laboris, & ſalarii filiorum in communi dividundo judicio ratio habeatur, factâ æſtimatione dimidii ejus, quod ab extraneo promereri potuiſſent, aut aliud ipſis addicendo, prout judicis arbitrium dictaverit, Flores de Mena *Practic. quæſt. lib.* 1. *q.* 8. §. 1. *num.* 15. & 16. Alvar. Valaſc. *conſult.* 32. & ex eo Sandius *libr.* 2. *tit.* 7. *def.* 3. conſideratis alimentis ſeu expenſis, quas vitricus vel noverca fecerit, & laboris, quem privigni impenderint, Sigiſmund. Finckelthaus *obſ. pract.* 10. *num.* 12. & 16. Jacob. Faber. *de aliment. cap.* 8. *verſ. hic quoque.* Joan. Brunnemann. *ad l.* 15. C. *de negot. geſt.* Quod ſi vero vitricus liberos educaverit, & nimia non ſit differentia inter expenſas & operas, fructusque liberorum, facilè admittitur compenſatio, Joach. Scheplitz. *ad Conſ. Brandeb. part.* 3. *tit.* 3. §. 13. *num.* 34. & *ſeqq.* Carpzov. *part.* 2. *Conſtit.* 10. *def.* 27. adde Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 13. *tit.* 12. *nu.* 19. Tuſcum *lit. A. concl.* 302. *num.* 26. Quomodo autem hæ operæ per privignos vitrico vel novercæ præſtitæ æſtimari debeant tradit Surdus *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 11. *num.* 39. & *ſeqq.*

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

CAPUT XIII.

Ad Legem Fœminæ. C. de Sec. Nupt.

I. *An* l. Fœminæ. *in patre quoque locum habeat?*

II. *An ea, quæ filius aliunde acquiſivit, parens binubus reſervare teneatur, ſi ei ſucceſſerit?*

III. *Quæ ex teſtamento filii acquiruntur*, Lex Fœminæ. *non comprehendit.*

IV. *Quid de legitimâ parentum ſtatuendum ſit?*

V. *Quid de iis, quæ a ſtatuto jure præcipui deferuntur?*

VI. *Quid de fructibus moriente binubo nondum perceptis, ſed maturis?*

VII. *An parenti de bonis ex ſucceſſione filii acquiſitis teſtari liceat inter liberos prioris thori?*

VIII. *De ſilentio & ceſſatione* legˢ· Fœminæ.

I.

LEgem *Fœminæ*, quam Moribus ſublatam tradidimus, Illuſtres hujus Provinciæ Ordines noviſſimâ Ordinatione Deciſoriâ *art.* 11. ex Supremæ Curiæ conſilio ad forum revocaverunt, quo iniquitas ex ſucceſſione, & hæreditate filiorum parenti binubo

apud nos delatâ reſultans corruat, & facilius ſtatuti refrænetur durities; quamvis enim majores noſtri in conſervandis familiarum bonis ſatis providi fuerint, cujus non obſcura veſtigia animadvertimus, ei tamen ſcopo *art*^m. 26. *Rubr*. 23. *Stat. Ultraject.* planè adverſari cernimus, adeo ut rarâ caſus contingentiâ ſolummodo excuſetur. Quoniam autem in ſeparando patrimonio maximè hujus reſcripti deciſio attenditur, non incommodè hoc ordine ejus tractationem, quatenus Novercas vitricoſque apud nos tangit, me ſubjicere auguror. Cum itaque lex *Fœminæ* non niſi in uſufructu filiis parentem ſuccedere permittat, *d. l. Fœminæ.* §. 1. *Auth. ex teſtamento C. de Sec. Nupt.* non ulterius bona defunctis liberis patri binubo delata in ſocietatem conjugalem deduci poſſunt, ſed quoad uſumfructum tantum novercę communicanda veniunt; Verius enim eſt, non tantum ad matrem, de quâ loquitur, leg^m. *Fœminæ* pertinere, ſed & patrem eâdem prohibitione comprehendi, arg. *l. generaliter* 5. *C. de Sec. Nupt. Nov.* 22. *cap.* 23. In quam ſententiam paſſim itum eſſe docet Renatus Choppinus *de Morib. Pariſ. lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 9. *in med.* & Supremarum Curiarum præjudiciis approbatam ſcribit Sandius *lib.* 2. *tit.* 3. *def.* 2. *poſt Maynard. Vivium, Boërium, allegat.* alioſque plurimos congerunt Barboſ. *ad d. l. num.* 14. &

Caſtillo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Caſtillo *de uſufruct. cap.* 2. *num.* 14. Clarius autem pateſcit recipiendam apud nos leg^m. *Fœminæ.* ad patrem quoque ſpectare, cum ratio ejus revocationi ſubjecta narretur eſſe ſtatuti iniquitas, quod parentes abſque fratribus ad hæreditatem vocat; quæ durities non ſolum in ſucceſſione matri delatâ, ſed & in filiorum hæreditate ad patrem devolutâ culpatur. Quapropter etiam Legum Taurinarum Conditores, cum in ſucceſſionibus liberorum, ſicuti apud nos ſervatur, parentes excluſis fratribus ſolos admiſiſſent, ſecundum *Leg*^m. 7. earundem Conſtitutionum, Leg^m. deinde 15. ſubjiciunt, quâ expreſsè diſpoſitum eſt, utrique parenti leg^m. *fœminæ* communem eſſe, ubi Joan. Lopes & Ant. Gomeſius hæc latius explicant; eaque lex hodie inter novas Hiſpaniæ Caſtellæque Conſtitutiones repetita exſtat, Ludov. Molin. *de Primogen. Hiſpan. lib.* 2. c. 10. *num.* 59. Didac. Spino *de teſtament. gl.* 1. *num.* 33. Quod enim non tam de maſculis, quam quidem fœminis in pleriſque hujuſmodi reſcriptis fiat mentio, inde provenit quod Imperatores de libidinoſis fœminarum amoribus ſæpius, quam maſculorum fraudibus conſulti reſcriberent, unde leges nomina retinent, quæ in libellis Principi oblatis exſtiterunt. L^2 59-101

II. In quantum autem Lex *Fœminæ* ea L^2 60-102

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

reſpicit, quæ conjuges quocunque modo à ſe invicem capiunt, nobis non quadrat propter prohibitorias largitionum conſuetudines; Verum hæc paucula præcipuè tractamus, quatenus ſtatutum Ultrajectinum & ſucceſſiones parentum in bonis liberorum ex Principis placito reformandas tangunt: Quamvis etiam citra ſtatuti hujuſce innovationem non omnino ab ejus coërcitione bigami liberentur; cum enim ſucceſſiones ſecundum loci leges, ubi bona ſita ſunt, non vero domicilii morientis deferri apud omnes jam receptum ſit; eamque legem Friſii ſtrictiſſimè obſervent, Sande *lib. 2. tit. 3. def. 1. & ſeqq.* Hollandi aliique ex finitimis populi ſequantur, Groeneweg. *ad d. l. Fœminæ. num. 3.* ſæpius in ſocietate Novercali dirimendâ hæc Conſtitutio in medium affertur: duplex enim ab Imperatoribus privilegium liberis conceſſum eſt adverſus procelloſas ſecundi matrimonii injurias, lex ſcilicet *hâc edictali.* quæ bona parentis binubi etiam propria & omnia nullo excepto comprehendit; & lex *Fœminæ.* quæ non quidem proprias bigami facultates reſtringit, ſed in totum bona ex priore matrimonio ipſi obvenientia liberis reſervari jubet; quod ita tamen intelligendum eſt, ut ea ſolummodo bona comprehendat, quæ immediatè à defuncto conjuge per filii ſucceſſionem ad bigamos perveniunt,

niunt, in reliquis enim, quæ aliundè filius prioris matrimonii habuit, ex ſucceſſione etiam proprietatem conſequitur; cum ex illâ dominii tranſlatione materna hæreditas aut patrimonium liberis nec auferatur, nec minuatur, cui ſoli lex proſpexit, *l. mater* 5. *C. ad Senatuſconſ. Tertullian. Authent. ex teſtamento C. de Sec. Nupt.* Afflict. *deciſ.* 75. *num.* 4. Zans *de diviſ. bonor. libr.* 4. *cap.* 12. Barboſ. *ad l.* 41. *π ſol. matrim. num.* 76. Joan. Lopes *ad L. Tauri* 14. *num.* 9. Ant. Gomeſ. *ibidem num.* 2. & ita deciſum refert Sandius *lib.* 2. *tit.* 3. *def.* 3.

III. Jure quidem Codicis adeo latè patuit hæc reſervatio, ut omnem omnino ſucceſſionem tam ex teſtamento, quam ab inteſtato delatam abſque ullâ diſtinctione comprehenderet *l.* 3. §. 1. *C. de Secund. Nupt.* Verum per Novellas Imperator Juſtinianus poſtmodum rectè hoc immutavit, *Auth. ex teſtamento. C. de Secund. Nupt. Novell.* 2. *cap.* 3. *Novell.* 22. *cap.* 46. Cum enim duæ qualitates eo caſu in parente concurrant, quod ſcilicet parens ſit, & inſuper quod ex teſtamento capiat, electio eidem conceditur, ut jure teſtamenti tanquam extraneus utatur, parentis vero titulum ſibi jam oneroſum repudiet. Neque leges filiorum elogia reſtringunt, ut erga parentes benefici eſſe non poſſint, aut L² 59-102

officia ſibi præſtita remunerari nequeant; Non enim par omnium conditio eſt; & ſunt, qui repetitis nuptiis priſtini amoris fomenta retinent; Sed in cauſâ inteſtati Imperator ſuccedendi ordinem ſolummodo deſignat, ne illata liberis injuria citra eorum conſenſum negligatur, quam cum expreſſâ diſpoſitione filius condonet, fruſtrà ab aliis ex capite defuncti hæc quæſtio movetur, quam ſuſcitari teſtator noluit; adeo ut abſque ullâ bonorum diſtinctione filio tanquam extraneus ſuccedat, & proprietatem ex teſtamento habeat, liberamque de iis teſtandi facultatem conſequatur, Joan. Faber *ad d. auth. ex teſtamento.* Gomeſ. *ad Leg. Taur.* 14. *num.* 2. Cancer. *var. reſol. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 28. Acacius *de Privil. Parent. & Liber. Privil.* 14. *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 12. Barry *de ſucceſſ. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 28.

L² 60–103

IV. An autem libera ab hoc Imperatorio reſcripto cenſeri debeat legitima parenti in bonis liberorum debita, non ſatis expeditum eſt; Legem enim civilem non ulterius oportet producere, quam quatenus jura civilia tangit; legitima vero naturali jure & ratione percipitur: unde ſpecialem legitimæ mentionem alii requirunt ſeu in lege, ſeu pacto aliove contractu, antequam eam peti poſſe negent, Grammatic. *deciſ.* 102. *num.* 88. Afflict. *deciſ.* 178. *num.* 3. Faber. *in C. Sab. lib.* 3. *tit.* 19. *def.* 1. Sicuti legitima

tima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ima deſcendentibus debetur, ita & aſcendentibus deberi certum eſt, *Auth. Noviſſima. l. omnimodo* 30. *C. de Inoff. teſtam.* quorum tamen legitimam per ſecundas nuptias non tantum non amitti, ſed nec ullo gravamine onerari conſtat. Cæterum cum Lex *Fœminæ* non diſtinguat, ſed abſque diſtinctione quoad uſumfructum ſolummodo concedat quicquid ex hæreditate filii & per ſucceſſionem ab inteſtato parenti binubo defertur, etiam legitima eâdem conſtitutione comprehenditur, quoniam ex hæreditate filii & per ſucceſſionem ab inteſtato acquiritur. Univerſalia Conſtitutionis verba nullam exceptionis notam admittunt. Legitima eſt portio, quæ ab inteſtato debetur, matri autem nil, niſi uſusfructus debetur ab inteſtato; Quod ex paternâ ſubſtantiâ deſcendit, bigamo quoad uſumfructum, fratribus vero defuncti quoad proprietatem cedit, *Nov.* 22. *cap.* 46. Quæ proprietas univerſaliter à lege conceſſa nullo poſteriore edicto reſcinditur. Qui ob aliquam qualitatem à ſucceſſione per legem excluditur, eundem à legitimâ quoque removeri DD. tradunt, ex quo verior fuit opinio, legitimam Legi *Fœminæ.* quoque ſubjici, Stephan. Gratianus *tom.* 3. *Diſceptat. Forenſ. cap.* 448. *num.* 2. Mangillius *de Imputat. quæſt.* 7. *num.* 3. Merlin. *de legitim. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 1. Barry *de ſucceſſ. lib.* 18. *tit.* 2. *num.* 8. Boër. Sarmient.

Villalobos, Gabriel, aliique à Thomâ Sanches *de matrimon. lib.* 7. *diſp.* 89. *num.* 19. relati, quos & ipſe ſequitur; eamque ſententiam judicato firmat Papon *lib.* 15. *tit.* 1. *arreſt.* 6. *in not.* Quanquam ſi judicandi ſecundum leges neceſſitas auferatur, & edicendi ſtatuendique licentia permiſſa fuerit, æquitas contrarium videtur efflagitare, quod Curiæ noſtræ in Conſultatione ſuâ Ordinibus oblatâ quoque arriſit & edicto deciſorio *art.* 11. confirmatum eſt.

V. Quæ bigamus ex ſtatuto mortuâ uxore lucratur, veluti lectum, galeam & his ſimilia, reſervanda liberis prioris thori, nec in iis partem facere Novercam propugnant Joan. Lopes *ad L. Tauri.* 15. *num.* 4. Barboſ. *ad l.* 11. *§. fin. num.* 72. *ff. ſolut. matrim.* Arius Pinell. *ad l. ult. C. de bonis matern. num.* 2. Gaill. *lib.* 2. *obſ.* 98. *num.* 6. Graſſus *in §. Succeſſio. quæſt.* 17. *num.* 5. Sed rectius contrarium defendunt Didac. à Segura *de lucr. marit. & uxor. num.* 86. Gomez. Leonius *deciſ.* 4. Boguet *ad Conſ. Burgund. tit. de gens Mariez.* 2. *§.* 2. *verb. Iaçois que ſi. num.* 7. 8. 9. Quod enim ex lege aut conſuetudine alicui defertur, extra reſervationem poni debet; ſicuti uſusfructus patri in bonis liberorum maternis quæſitus, licet novercam iis ſuperinduxerit, liberè conceditur, nec ulla contra patrem improba vox aut accu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

accuſatio competit, *l. ult. C. de bon. matern.* Quamvis autem magis ex ratione patriæ poteſtatis, quam ex cauſâ matrimonii hæc ita conſtituta ſint, ſufficeret tamen ex bonis prioris thori hoſce fructus percipi, ut Legi *Fœminæ* locus daretur, niſi contrarium Imperator diſpoſuiſſet. Nec ſtringit objectio, quod ea, quæ ex pacto lucramur, liberis reſervanda ſint; eorumque, quæ ex ſtatuto capimus, eandem eſſe rationem, cum à pacto ad ſtatutum argumentum procedat: major enim ſtatutorum municipalium, quæ jus civile noſtrum conſtituunt, quam pactorum vis eſt, quod apud Romanos propter juriſdictionem ſecus fuit; multo minus obſtat, quod à ſtatuto potuiſſent reſilire conjuges, unde cum non reſiliunt, ex voluntate magis uxoris, quam ex ſtatuto videtur maritus hæc conſequi, nam fruſtrà ex munificentiâ uxoris dicitur capere, qui citra ejus miniſterium ex lege quicquam percipit. Accedit, quod propter incertum eventum, cum utrique conjugi æquè felix ab initio ſit caſus, non omnino lucrativa dici poſſit hæc cauſa, & Statuti neceſſitas liberalitatis præſumptionem excludit, *l. rem legatam* 18. *ꝟ de Adimend. legat.* Cæterum argumentum, quod Nicolaus Arelatanus in *l. generaliter C. de Sec. Nupt. part.* 1. *num.* 41. hâc in re movet, quod ſtatutum ſecundum jus commune interpretationem

reci-

recipiat, & ita exaudiendum ſit, ut quam minimè jus civile lædat, ita interpretamur, ut ex ſtatuti verbis petenda ſit quæſtionis deciſio, num ea proprietatem, an vero uſumfructum denotent.

VI. Mortuo parente uſusfructus perceptio evaneſcit, & cum ipſius vitâ extinguitur; neque fructus poſt ipſius mortem ex hiſce bonis in augmentum hæreditatis hauriuntur, aut ſocietatis jure novercæ competunt; nam fructus nondum percepti domino proprietatis acquiruntur, nec ad hæredes uſufructuarius eos tranſmittit, licet maturis fructibus deceſſerit §. *is vero* 36. *Inſt. de Rer. diviſ. l. arboribus* 12. §. *ſi fur.* 5. *π de Uſufruct. l. ſi fructuarius* 13. *π Quib. mod. uſusfruct. amit. l. qui ſcit.* 25. §. 1. *π de Uſur. l. in ſingulos* 8. *π de Annuis legat.* Fructus pendentes partem fundi eſſe Gajo placet *l. fructus* 44. *π de Rei vindicat.* fundi autem dominium ad liberos ex die mortis pleniſſimè devolvitur; quare ejuſdem naturæ & conditionis cenſendi ſunt fructus pendentes, ut proprietatem augeant, eoſque ſoli prioris thori liberi auferant, quod Chaſſanæus, Guido Papæ, Avendanus, & Azevedo docuere, quos ſecuti ſunt Caſtillo *de uſufruct. cap.* 2. *num.* 8. & Sanches *de matrimon. lib.* 7. *diſp.* 89. *num.* 40. Ita ut, quæ in uſufructuario & percipiendis apud nos fructibus obtine-

ptinent, eadem in parente bigamo admitten-
a ſtatuamus.

VII. De bonis autem Legi *fœminæ.* ſubje-
ctis licet omnino quoad extraneos interdicta
t alienatio, inter liberos tamen prioris matri-
nonii teſtandi licentiam parenti lex *fœminæ*
oncedit; dum enim ex iis quem eligit, aut cæ-
eris præponit, vix eſt ut novercalibus blandi-
nentis inſtigationibuſve corruptus dici poſſit
naligne circa ſanguinem ſuum inferre judi-
ium, uti Cajus ad Legem Gliciam commenta-
us loquitur *l. 4. π de inoff. teſtam.* Non enim
Maximini hæc verba ſunt, quod Eguinario Ba-
oni in commentariis placet ex *l.* 124. *π de
egat.* 1. Neque pro, *Gliciam*, eſt legendum,
Leuticam, uti Haloander voluit, quos recte ex
Cujacio & Labitti Indice refutat Martin. An-
ton. Delrio *in not. ad Senecam in Hippolyto verſ.*
355. Hanc vero diſponendi facultatem per No-
vellas Imperator immutavit, & plane ſuſtulit,
Auth. lucrum C. de Sec. Nupt. Novell. 2. *cap.*
1. *Novell.* 22. *cap.* 25. Cum enim per ſecun-
das nuptias omnes æque exhonorentur liberi,
rationis eſt, ut omnes æque legis beneficio fru-
antur. Sed dubium circa hæc ab aliis movetur,
qui ſublatam teſtandi facultatem ad lucra ſo-
lummodo nuptialia, aut ea, quæ immediate
ex conjugis ſubſtantiâ bigamus percipit, reſtrin-
gendam cenſent, quoniam Novellæ ſuprâ al-

legatæ

legatæ de iis tantum loquuntur, nullâ bonorum ex ſucceſſione filii acquiſitorum mentione factâ, unde ſecundum jura Codicis reſervatam eſſe bigamo de hiſce teſtandi libertatem contendunt. Rectius autem contrarium ex *Novell.* 22. *cap.* 46. elicitur, ubi ſolum uſumfructum abſque proprietate in hiſce bonis binubus conſequitur; quod cum Imperator conſtituit ſimpliciter, reliqua quæ circa hæc anteâ fuere diſpoſita, antiquavit; unde illa diſponendi facultas cum ex ſpeciali gratiâ à lege conceſſa fuerit, ſublatâ lege, eandem etiam corruere probabilius exiſtimo; & poſteriores Novellarum Conſtitutiones ex anterioribus Codicis legibus non limitari aut reſtringi verius eſt, idque latius poſt *Gomeſ. Azeved. Guitier. & Molin.* proſequitur Thomas Sanches *de Matrimon. lib.* 7. *diſp.* 89. *num.* 4. Neque excogitari poteſt ratio, cur in hiſce magis, quam illis permitteretur teſtamenti factio, cum ejuſdem naturæ ſint, & tanquam ex mariti bonis & patrimonio proficiſcentia in reſervandi modo parificentur; quæ conſideratio cum ſit fundamentum interdictæ & prohibitæ diſponendi facultatis, utrumque etiam caſum comprehendit.

VIII. Cæterum an leg. *Fœminæ.* Conſtitutio ſileat, ſi cum conjugis conſenſu ad ſecunda vota uxor tranſeat, aut ex Principis
nubat

ubat licentiâ; aut ſi minor viginti quinque
nnis fuerit, an adverſus haſce leges reſtitui
oſſit; aut ſi filiorum ratihabitio ſecundas nup-
ias confirmet, an coërcitionem evitet, &
enique ubi conſenſus requiritur, an expreſſus
ntercedere debeat, an vero tacitus ſufficiat, ple-
iè tractant Mynſinger. *Cent.* 5. *Obſ.* 24. Gaill.
ib. 2. *Obſ.* 98. *num.* 18. *& ſeqq.* Surdus *de-*
iſ. 99. *&* 100. Maſtrill. *deciſ.* 222. *num.* 37.
rancisc. Stephanus *deciſ. Aquenſ.* 33. Capy-
ius Latro *deciſ.* 22. *num.* 8. *& ſeqq.* Cancer.
var. reſol. part. 1. *cap.* 5. *num.* 29. *& ſeqq.*
Deckher. *libr.* 2. *diſſert.* 4. *num.* 14. *&* 15. Ca-
till. *de uſufruct. cap.* 2. *num.* 83. *& ſeqq.* Chri-
tin. *vol.* 3. *deciſ.* 131. *num.* 15. *&* 16. Groe-
new. *ad d. l. Fœminæ.* Et latius proſecuti ſunt,
qui leges Codicis & Secundas nuptias com-
mentariis illuſtrarunt; nec minus diffusè eoſ-
dem caſus diſcutiunt, qui contra optimarum
Conſtitutionum ſcopum, non ſine Rei-
publicæ detrimento, Cautelarum Scriptores
exſtant: quamvis pleraſque ceſſationis cauſas
b iis enumeratas invitâ Juriſprudentiâ ſubſi-
tere vix exiſtimem, uti etiam rectè animad-
vertunt Franciſc. Sarmientus *lib.* 1. *ſelect. cap.* 4.
Acacius *de Privil. Par. & Liber. Priv.* 14.
part. 2. *cap.* 5. *num.* 14. *&* 15. Barry *de ſucceſſ.*
lib. 1. *tit.* 9. *num.* 31.

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

CAPUT XIV.

De Collationibus.

I. *An ea, quæ liberi conferunt, etiam Novercæ proſint.*

II. *Quomodo æſtimari debeant beneficia, ſi conferantur à liberis.*

III. *Quid de feudo emptitio.*

IV. *An utriusque thori liberis proſit hæc refuſio.*

V. *Conjux ſuperſtes refundit dimidium pretii pro feudo expenſi.*

VI. *Si ſtante ſecundo matrimonio pater feudi pretium refundat liberis prioris thori, an Noverca dimidium iſtius ſemiſſis repetendi jus habeat, & à quibus?*

I.

L² 563—7 L² 569.20

SI quid liberi prioris thori ex patris largitione conſequuti fuerint, ſive militiam aliquam ſeu officium munuſve, quod emi, vendique vel ad poſteros tranſmitti poteſt, ejus facienda reſtitutio eſt, alterutrum enim ſufficit, ut collatio obtineat, *l.* 20. *C. de Collat.* Barboſ. *ad l.* 30. *§. imputari. C. de Inoff. teſtam.* Barry *de ſucceſſio. lib.* 14. *tit.* 4. *nu.* 16. Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 170. *nu.* 13. Johannes Deckherus.

lib. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

lib. 2. diſſert. Belgic. 6. num. 8. Vinnius de collat. cap. 13. num. 20. Non ſolum autem in favorem fratrum, aut reliquorum liberorum, ſed etiam in commodum novercæ ſeu conjugis ſuperſtitis moribus hæc pretii refuſio cedit; quod enim pater ſtante ſecundo matrimonio liberis largitur, illud vel ex bonis liberorum maternis concedit, & eo caſu ceſſat collatio; vel ex communione ſeu ſocietate ſecundi matrimonii ſubducit, & tunc æquum eſt, ut collationi locus detur; unde ſocietas, ſeu communio conjugalis augeatur, quæ antea per bonorum jam conferendorum ablationem fuit diminuta; Quod liberi conferunt, paternam hæreditatem ſeu patrimonium auget, ad quod noverca ex jure communionis jus habet; in rebus enim collatis liberi, ut hæredes, noverca vero, ut bonorum ſocia conſideratur; quod liberi familiæ erciſcundæ judicio hic conſequuntur, noverca communi dividundo nanciſcitur; quod unus ex ſociis in debita ſocietati non communia expendit, illud ipſius portioni imputatur, ut alter tantundem ex ſocietate auferat; privignorum vero cauſa, ſocietatis novercalis debitum non eſt, ita ut tantundem mariti portioni imputari debeat, quantum liberis porrexit; cui imputationi ſufficit, ſeu ſimilis eſt collatio, ita ut, ſive collationem in gratiam novercæ fieri, ſeu imputationem debiti in ſubſtantiam mariti facien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

dam eſſe ſtatuamus, utrobique eodem res redeat, nam idem jus ex utroque remedio noverca adipiſcitur, niſi quod imputatio collatione adhuc ſit certior. Jure civili in gratiam conjugis non fit collatio, quia extra cauſam dotalem nihil juris uxor habet, reliqua enim ſolum maritum ejuſque patrimonium & adminiſtrationem, non vero uxorem tangunt; Moribus vero propter ſocietatem conjugalem invaluit, ut etiam ſuperſtiti proficiat, ſi quid liberi contulerint, Grotius *in manud. lib.* 2. *part.* 11. verſ. *den Echtband.* Et diverſa quidem circa hanc materiam Juriſconſultorum & Facultatum reſponſa ſeſe reperiſſe, ſed potiora fuiſſe, quæ collationem in novercæ & vitrici ſavorem ſuaderent, ſcribit Mevius *ad jus Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 28. *num.* 91. Licet equidem inter vitricum vel novercam & privignum nulla de Jure ſit collatio, Erneſt. Cothmann. *vol.* 1. *reſp.* 24. *num.* 13. æquitas tamen eandem admittendam ſuadet, ſi qua injuria aut læſio ex omiſsâ collatione reſultaret, uti Mevius tradit *d. loc. num.* 92. *&* 93. ita ut illud, quod liberi conferunt, vel in totum novercæ proſit, vel in quantum ultra materna bona à patre quid receperint.

II. In æſtimatione vero ſeu collatione non mortis, ſed emptionis ſeu conceſſionis tempus inſpiciendum eſt, ſi quid accreverit, aut diminutum

L² 562-9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

nutum ſit; Cum enim nihil teſtatoris judicio, nihil legis beneficio hic auctum fuerit, nec defuncti patrimonium præter rem conceſſam aut ſummam in emptionem expenſam diminuatur, ſed ipſa rei natura dederit, ſi quid acceſſerit in acceſſione ceſſabit collatio; res ſi augetur, ſuo domino cedit augmentum; poſtquam autem hic facta fuit tranſlatio, in filium dominium tranſiit; ergo ipſi & augetur, & minuitur rei pretium. Quod ſi extenuetur ejuſdem valor, vel in totum pereat, moribus noſtris non ceſſabit collatio, Groenew. *ad l. 6. C. de Collat.* idque ex lege Regiâ apud Luſitanos in mobilibus quoque receptum eſt, Valaſc. *de partit. c.* 10. *num.* 14. Cum autem ex depreciatione rei non minuitur collatio, etiam ex melioratione, aut accretione augeri non debet; ad quem enim incommoda ſpectant, idem ad commoda quoque percipienda jus nanciſcitur. Jure autem Romano detrimentum & augmentum rerum collationi ſubjectarum ad poſſeſſorem non ſpectat, ſed ad omnes, in quorum gratiam collatio introducitur, ita ut ſine dolo aut culpâ deperditorum nulla fiat refuſio *l.* 2. §. 1. *π de Collat. bonor. l.* 6. *C. eod.* Afflict. *deciſ.* 247. Munnos *de Ratiocin. tom.* 2. *computat.* 18. Quandiu emancipationis jura nondum filius obtinet, non ſubſiſtit dominii conceſſio, niſi morte demum confirmata, *l.* 25. *C. de donat.*

int. vir. & ux. Ex quo autem ſubſtitit de Jure Civili dominii tranſlatio, ex eo demum tempore æſtimatio deſumenda fuit; ita ut utroque caſu, ſive in poteſtate conſtitutus, ſive etiam emancipatus filius conferat, futuræ collationis, ſeu hæreditatis tempus eo jure inſpiciatur *l.* 30. *§. imputari. C. de Inoff. teſtam. l.* 20. *C. de Collat.* Garſias *de expenſ. c.* 4. *num.* 14. Merlin. *de Legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 12. Verum cum dictæ Juris Civilis ſubtilitates earumque fundamenta Moribus noſtris evanuerint, conſequens eſt, ut eorum quoque diſpoſitio proſcribenda videatur, & non mortis, ſed conceſſionis tempus in collatione ſpectetur; atque ita expreſſe *Politicâ Hollandorum Ordinatione art.* 29. diſpoſitum eſt, ut liberi parentibus ſucceſſuri, rem ipſam, ſi inæſtimata liberis antea fuerit conceſſa, in commune conferant *l.* 3. *l.* 4. *l.* 17. *C. de Collat.* vel pretium ejuſdem ſecundum conceſſionis ſeu tranſlationis, non vero mortis paternæ tempus reſtituant, quod ipſis liberum eſt; ubi vero res, cum daretur, æſtimationem receperit, tantundem absque ullâ electione tenentur conferre, quanti tempore dationis fuerit, ſive poſtea accreverit ſive decreverit, quoniam illa æſtimatio venditionem facit, ejuſque naturam induit *l.* 10. §. 4. *ff de Iur. Dot. l.* 5. *l.* 10. *C. eod.*

III. Nec diverſum in feudo emptitio reſponde-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ſpondebimus, cum enim feudi gratuiti nulla ſit collatio, Neoſtad. *de feud. Holland. c.* 5. *nu.* 11. Et in eo tantum feudum emptitium differat ab altero, quod ſcilicet paterna hæreditas tanto minor reperiatur, quantum ex emptione decreverit, rectius emptionis, non mortis tempus inſpiciendum autumes. Inventa eſt illa refuſio ad æqualitatem inter liberos ſervandam, quæ ſervabitur, ſi tantum communi hæreditati reſtituatur, quantum antea patrimonio deceſſit; ſuadet hoc æquitas, & non tantum in feudis Gelricis, Hollandicis & Trajectenſibus Mores introduxerunt hanc æſtimationem, *Conſuet. juſſ. Duc. Alban. collect.* §. 69. Neoſtad. *d. cap.* 5. *num.* 12. Sandius *ad Conſ. Feudal. Gelr. tract.* 1. *tit.* 3. §. 1. *num.* 34. Sed etiam in pluribus Germaniæ Italiæque locis uſus obſervat, *Thoming. Hartmann. Piſtoris & Capycius alleg. ab* Ant. Matthæo *de ſucceſſ. diſput.* 17. *th.* 22. Nulla ſanè prærogativa primogenito alioquin concederetur, ſed extranei jure ipſi utendum foret. Nec quicquam in contrarium facit Radelantii *deciſio* 35. *num.* 4. ſtatuens primogenitum ſecundum jus commune, maritum vero & uxorem ex ſtatuti diſpoſitione teneri ad pretium feudi; & cum de uno caſu ſtatutum loquatur, alterum juri communi relictum eſſe, de quo nihil præcipit: expreſſè enim in Jure Feudali deciditur, id, quod de communi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

expenſum eſt, alteri fratri pro competenti parte eſſe reſtituendum, *Cap. unic. de Fratr. de nov. benef. inveſtit.* In materiâ autem Feudali Conſtitutiones Feudales jus commune appellantur, adeo ut expreſſæ juris civilis diſpoſitioni præferri debeant; neque ad jus Romanum in iis recurrimus, niſi & textus expreſſus & Juris Feudalis ratio deficit, *Cap.* 1. *de Feud. Cognition.* Ludolph. Schrader. *de Feud. part.* 1. *quæſt.* 5. *&* 6. Vultej. *de Feud. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 26. Malè igitur ex Jure Civili, & non Feudali Radelantius hujus quæſtionis determinationem elicit; quanquam etiam numero præcedenti jus civile ex moribus correctum eſſe demonſtravimus.

IV. Pecunia autem ita reſtituta non tantum confertur à primogenito in favorem liberorum prioris matrimonii, licet eo ſtante feudum emptum fuerit, ſed etiam poſteriori thoro communicanda eſt; ſpectat enim illa refuſio ad hæreditatis jacentis meliorationem, nec ratione ſocietatis prioris capitur, ſed jure ſucceſſionis debetur hæredibus; è converſo quoque, ſi tempore poſterioris matrimonii feudum ematur, prioris thori primogenitus in illud ſuccedit cum onere reſtitutionis tam conſanguineis, quam germanis fratribus faciendæ, quoniam ea, quæ inde rediguntur, in hæreditate patris computari debent, in quam omnes liberi

liberi æqualiter ſuccedunt, qui eundem patrem agnoverunt, Radelant. *d. deciſ.* 75. *num.* 2.

V. Quod ſi conjux ſuperſtes feudum præcipiat, defuncti hæredibus dimidium pretii pro feudo expenſi ex ſuis nummis citra onus hæreditatis refundit, Statut. Ultraject. *Rubr.* 23. *art.* 25. ubi vero ſolius mariti nomine inveſtitura feudi petita fuerit, licet ex rebus communibus in emptione fiat ſolutio, etiam augmentum eidem cedit; ſicuti enim deterioratio ita & melioratio ſolius inveſtiti commodo vel damno cedit, adeo ut hæredes mariti defuncti ſeu privigni ſolummodo teneantur dimidium pretii emptionis ſuperſtiti reſtituere, licet quam maximè feudum accreverit, vel etiam ad dimidium decreverit, aut totum pœnè perierit, Neoſtad. *de feud. Holland. ſucceſſ. c.* 5. *nu.* 22. *& ſeqq.* Lambert. Goris *tract.* 1. *cap.* 3. *nu.* 11. Chriſtin. *ad Leg. Mechl. tit.* 10. *art.* 14. Petr. Bortius *de feud. Holland. part.* 9. *art.* 2. verſ. *indien het aengekochte.*

VI. Ubi vero maritus ſtante ſecundo matrimonio liberis prioris thori dimidium feudi reſtituit, quoniam illud non ex bonis propriis, ſed cum uxore communibus erogavit, æquum eſt, ut dimidium iſtius ſemiſſis repetendi jus noverca habeat; quorum enim particeps non cenſetur uxor, eorum etiam ſumptus & expenſas ferre non obligatur. Cæterum à ſingulis prioris thori liberis pro portione hæreditariâ, non

vero in ſolidum à primogenito feudi ſucceſſore, repetendi facultatem habet, quandoquidem liberi prioris thori reſtitutum pretium pro æqualibus partibus ſinguli anteà diviſerunt, nullo præcipui jure primogenito fratri conceſſo, Radelant *d. deciſ.* 75. *num.* 1. Nec enim feudale hoc debitum eſt, ſed perſonale, ex mariti adminiſtratione reſultans, unde non primogenitus ut feudi ſucceſſor, aut ratione rei ſolus, ſed ſinguli, ut paternæ ſubſtantiæ hæredes, & prioris reſtitutionis participes obligati ſunt. Pro altero denique feudi dimidio, primogenitus reſpectu reliquorum fratrum ſub reſtituendi pretii onere, jure feudi emptitii, non vero hæreditarii utitur; de quibus enim ſemel facta fuit refuſio, in iis ſolummodo ut in hæreditarium feudum ſine ullâ pretii collatione ſuccedimus, *Conſuet. juſſ. Duc. Alban. collect.* §. 70.

CAPUT XV.

De Judiciis.

I. *An noverca ſine veniâ in jus vocari poſſit?*
II. *Quid de arreſto ſeu citatione reali.*
III. *An privigni adverſus Novercam competentiæ exceptionem habeant, ne conveniantur ultra, quam facere poſſint?*

IV. *Quâ*

V. *Quâ actione liberis cautum ſit, ſi noverca ex hæreditate quid auferat, aut in inventario ſubticuerit?*

. *An noverca in causâ Privigni, vel ex diverſo teſtimonium dicat?*

I. *An ad dicendum teſtimonium adverſus ſe invicem cogi poſſint?*

II. *In accuſatione, vel tranſactione ſuper mariti nece faciendâ num noverca an vero liberi præferri debeant.*

III. *Quid juris Noverca ex conjugis adulterio conſequatur?*

I.

BArbarum in jus vocandi morem, qui obtorto collo & injectâ manu perficiebatur, apud Romanos diu obtinuiſſe verius exiſtimant Guid. Pancirolus *var. lect. lib.* 1. *c.* 33. nton. Goveanus *var. lect. lib.* 1. *c.* 47. Jacob. ęvard. *ad l.* 108. *π de Reg. Iur.* Herm. Vultejus *iſceptat. ſcholaſtic. cap.* 1. Ant. Mornac. *ad l.* 20. *de in jus vocand.* & latius ex *Plauto, Terentio, Horatio, aliisque* comprobat Joan. Goeddæus *d l. 9. π de Verbor. Signific. num. 6. & ſeqq.* erum cum hæc crudelitas omnem omnino everentiam, & jure naturali debitum Parenibus honorem tolleret, prohibitorium de in us vocando edictum Prætor propoſuit, ut ii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

impetratâ demum veniâ à liberis vocandi forent *l. 4. §. Prætor ait. 1. π de in jus vocand. l. 2. C. eod.* Quod apud Noſtrates etiamnum obtinet; ita ut ne quidem aliorum diſtinctiones inter ſupremas Curias & inferiora Tribunalia foro noſtro conveniant; ratio enim ab iis allata, quod ſcilicet coram ſuperiore Tribunali non procedatur, niſi ad libellum ſupplicem cum cauſæ cognitione judex reſcripſerit, idq; coram Judiciis Scabinalibus ſecus ſit, unde hoc caſu veniæ impetrationem deſiderant, quam in alio neceſſariam eſſe negant, Groenew. *ad l. 6. π de in jus vocand.* à Moribus hujus Diœceſios aliena eſt & utrobique veniæ petitio requiritur, ex Curiæ arreſto, *lato* 17. *Septemb.* 1658. *in causâ Antonii & Elberti van Hoef.* Illud autem Prætoris edictum ad vitricos, novercasque extendendum docent Zaſius *ad §. pœnales* 12. *Inſt. de Action. num.* 22. Anton. Pichard. *ibid. num.* 32. Fontanella *deciſ.* 447. *num.* 13. Linglois *deciſ. Iuſtinian.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 2. Oldendorpius *claſſ.* 1. *act.* 4. *cap.* 5. *num.* 6. Barboſa *ad l. ult. C. de in jus vocand. num.* 7. Giphanius *de Ordin. Iudicior. tract.* 1. *cap.* 12. Verum rectius alii contrariam ſequuntur ſententiam; licet enim Vitrico & novercæ exhibenda ſit reverentia, non tamen ea talis eſt, qualis in Edicto Prætoris de in jus vocando parentibus tribuitur; honeſtas quidem, & naturalis ratio venerari Novercam ſuadent, ve-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

15
um ea in Edicto non proponitur cauſa, ſed onor & reverentia, quam neceſſitas legis extorquet; atque ita intelligendum eſt, quod Modeſtinus *in l.* 13. *ff de in jus vocand.* docet, generaliter eas perſonas, quibus reverentia præſtanda eſt, ſine juſſu Prætoris in jus vocari non poſſe. Leges pœnales extra perſonas enumeratas non produci certum eſt. Ratio cur parentes ſine veniâ in jus vocari Prætor vetet, in Edicto prohibitorio narratur, ne famoſa actio contra eoſdem intentetur, *l.* 10. §. *penult. ff de in jus vocand.* Famoſo autem judicio, & quidem furti actione Novercas Vitricosque à privignis rectè conveniri conſtat *l.* 3. *l.* 11. *C. de Furt.* Fruſtra itaque ſub lege Novercam comprehendimus, quam ſub prohibitione Prætor aut Juriſconſultus non expreſſerit, Alciatus *ad l.* 1. *C. de in jus vocand.* Fachin. *lib.* 10. *Contr.* 88. Schneidwin. *ad* §. *pœnales* 12. *Inſt. de Actionib. nu.* 49. Cunrad. Rittershuſ. *ad Novell. part.* 9. *cap.* 11. *num.* 15. Buſius *ad l.* 2. *ff de in jus vocand. num.* 11. *&* 12. atque ita in Senatu Pedemontano deciſum refert Oſaſcus *Deciſ.* 31. *nu.* 21. & ſecundum Curiæ Hollandiæ ſtylum hoc receptum eſſe ſcribit Paulus Merula *in Prax. Civil. lib.* 4. *tit.* 24. *cap.* 12. *num.* 7. Neque convenit nobis eorum ſententia, qui novercam vivo marito cum veniâ vocandam ſtatuunt, eo autem mortuo veniæ impetrationi

petrationi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

petrationi locum denegant, ex eâ ratione quod in edictis Prætorum affinitates præſentes, non vero præteritas conſideremus *l.* 3. §. 1. *π de Poſtuland.* à quâ opinione non alienus eſt Arnold. Vinnius *ad* §. *pœnales* 12. *Inſt. de Action. num.* 5. qui poſt relatam *Fulgoſii* & *Alexandri*, veniæ impetrationem repudiantium ſententiam, mox *Iaſonis* in hâc causâ diſtinctionem ſubjicit, & probabilem exiſtimat. Uti etiam ſentiunt Tuldenus *ad tit. Inſt. de Pœnâ temer. litigant. cap.* 5. *&* Gilkenius *ad l.* 1. *C. de in jus vocand. num.* 7. *& ſeqq.* Apud nos enim mulier nupta non ſubit judicium, ſed maritus ipſius cauſam agit, defendit, proſequitur, ita ut vivo patre novercam privignus in jus nunquam vocet.

II. Nec eſt quod in arreſto contrarium reſpondeamus; quamvis enim ſententia petendi veniam æquitate blandiri videatur, cum ea, quæ antea noverca adepta fuit, poſt conjugis mortem retineat; privignis tamen illud objici non poteſt ſub æquitatis prætextu, cum juris ratio novercæ hoc tribuendum deneget; qui jure ſuo utitur, injuriam non facit; Neque malignè verſari dicendus eſt, qui in neceſſitate conſtitutus ad evitanda majora pericula hoc modo actionem orditur, & non temerè inſtituit. Nam veros quoque parentes arreſtari poſſe, ſi neceſſitas filium urgeat, aut famæ bono-

rumque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

rumque immineat diſpendium, ex *Berlichio* & *Carpzovio* comprobat David Mevius *de arreſt. cap.* 8. *num.* 177. & 178. Cum tamen alioquin liberi, qui non petitâ veniâ parentes arreſto detinent, in expenſas condemnari ſoleant, detentione itidem profligatâ, Ampliſſ. Dominus Rodenburg *de Iur. Conjug. part.* 2. *tit.* 3. *cap.* 1. *num.* 22. Quod autem in vero patre locum habet, multo magis ad parentes adſcititios deducendum eſt. Illos ad Prætorem obtorto collo per manus injectionem rapere non licuit; hos autem invitos in jus trahere non tantum permiſſum fuit, ſed famosâ quoque furti actione pulſari poſſe conſtitutum eſt *d. l.* 3. & *l.* 11. *C. de Furt.* Realis autem citatio, ſeu hodierna per arreſtum detentio ad veterem vocandi morem quam proximè accedit. Non etiam Competentiæ beneficium ab arreſto eos liberat; quod iiſdem à jure non concedi mox demonſtrabimus; quamvis illud juris privilegium ab arreſti onere neminem excuſet, uti rectè diſputat Petr. Peckius *de jur. ſiſtend. cap.* 5. *num.* 18.

III. Non minus autem novercæ adverſus privignos, quam vice versâ privignis adverſus novercam judicio experiundi facultas conceditur, ſed quouſque ſeſe extendat hæc agendi licentia videndum eſt. Maritum in id, quod facere poteſt, condemnari explorati juris eſt

l. 12.

l. 12. *ꝑ Sol. matrim.* Idemque beneficium liberis competere ex Labeonis ſententiâ tradit Pomponius *in l.* 18. *ꝑ eod. tit.* Ex quo fundamento privignos, ſeu liberos ex quocunque matrimonio oriundos, novercæ non niſi in quantum facere poſſint, condemnandos Gloſſa ibidem notat. Verum minus recte à Gloſſographis hoc inde eruitur, cum enim hæredi beneficium hoc denegetur *d. l.* 12. *l.* 15. §. 1. *ꝑ ſol. matr. l.* 24. *& ſeqq. ꝑ de Re Iudic.* privignosque non niſi hæredes mariti, & ut extraneos reſpectu novercæ conſiderari certum ſit, fruſtra ad illos beneficium ex lege citra legis rationem extenditur: & ſatis ipſa Iuriſconſulti verba hoc declarant, non enim mariti, ſed mulieris filios, mulieri dotem forſan repetenti hoc modo condemnandos legimus; privigni autem mulieris, ſeu novercæ filii dici non poſſunt, ita ut hæreditario jure hoc beneficium non tranſmittatur, ſed filiationis cauſa privilegium legale tribuat; eademque fuit plerorumque Interpretum ſententia, uti refert Nicolaus Noalis *de tranſmiſſ. caſ.* 23. *num.* 12. & confirmant Zanger. *de except. part.* 2. *c.* 15. *num.* 45. *& ſeqq.* Franciſc. Caldas *de poteſtat. eligend. ad Emphyteuſ. lib.* 3. *c.* 13. *num.* 26. Coſtal. *ad d. l.* 18. *ꝑ ſol. matrim.* Zoeſ. *eod. tit. nu.* 23. Barboſ. *ad l.* 13. *ꝑ ſol. matrim. num.* 81. Ita ut diverſum ſit liberorum privilegium, & à paterno, quod cum ipſius

perſonâ,

perſonâ, uti perſonale extinguitur, ſeparatum; neque tranſmiſſionis jure, ſed ex lege in propriâ ipſorum perſonâ acquiſitum, unde etiam in conſtituendo, quantum liberi facere poſſint, non patris ſed ſola liberorum perſona & conditio expenditur, Barboſ. *d. loc.*

IV. Contra fraudulentas & clandeſtinas Novercarum direptiones prodita expilatæ hæreditatis actio eſt; licet enim defuncti mariti hæredes adverſus uxorem, quæ ſocia humanæ atque divinæ domus ſuſcipitur, hanc actionem intendere non poſſint *l. 5. π de Crimin. Expil. Hæredit. l. 4. C. eod.* Privignis tamen contra novercam eam competere Imperatoribus placuit, *l. 2. & 3. C. eod. tit.* Nam ex capite vi bonorum raptorum, & famosâ furti actione in judicium rectè trahitur, *l. ult. C. Vi bonorum rapt. l. 3. l. 11. C. de Furt.* Quamvis non incommodè ad exhibendum, vel negotiorum geſtorum actio intentetur, quo benignius defuncti parentis nomini & honori conſulatur, *l. 33. π de Negot. Geſt. l. 17. C. de Furt. l. 4. C. de Crimin. Expilat. Hæredit.* Quarè & Jacobus Cujacius *ad dictum titulum Codicis in notis*, differentiam ponit inter hæreditatem extranei, & mariti defuncti relictum patrimonium, adeo ut in expilatione hæreditatis per mortem extranei liberis delatæ, actionem expilatæ hæreditatis adverſus Novercam concedat, quod

ſecus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ſecus ſtatuit, ſi mariti hæreditatem vidua ſpoliaverit. Quam opinionem probat Bocerus *de Furt. cap.* 2. *num.* 60. *&* 62. & ſequitur noviſſimè Brunnemannus *ad l.* 4. *C. de Crimin. Expilat. Hæredit.* Quod ſi quid dolo ablatum demonſtrent, per juramentum in litem legitimum rei conſumtæ pretium aſſignabunt, cum privignis contra Novercam in litem jurare de jure liceat, Ant. de Amatis *deciſ.* 165. Flores de Mena *in addit. ad Gammæ deciſ.* 122. Ubi vero exſtare rem ipſam docuerint, ipſo jure ex ſtatuto noſtro, ejus proprietate & dominio Noverca cadit, ſolis privignis jure præcipui eam auferentibus, Statut. Ultraject. *Rubr.* 23. *art.* 10. Dummodo doloſè & præviâ ſcientiâ in inventario ſubticuiſſe Novercam pateat, nec ſufficit doli præſumptio, Ant. de Gamma *deciſ.* 148.

V. Edictum de teſtibus prohibitorium eſt, eoſque omnes admittit, quos ſpecificè enumerando non excluſit, *l.* 1. *ff. de Teſtib.* Thom. Triviſian. *lib.* 1. *deciſ.* 35. *num.* 1. Quare fruſtra novercam in causâ privigni repellere videremur, cum nuſquam lex ipſam nominando prohibitam expreſſit. Verum cum domeſticum teſtimonium jus noſtrum ubique repudiet, *l.* 3. *ff. de Teſtib.* Et propter affectionem inter parentes, liberos, conſanguineos, affines exerceri ſolitam, inter eos teſtimonii dictio reprobe-

probetur, *l. 6. l. 9. π eod. tit.* etiam noverca tanquam ſuſpecta repellitur; quod in privigno eâdem ratione recipiendum eſt; ex affinitate enim & domeſticâ converſatione teſtimonii fides vacillat, & veritatis diminuitur præſumptio; uti de privigno in cauſâ Novercæ, quod ne quidem volens admittatur ad teſtimonium, propter debilitatam ex ſuſpicione fidem reſpondit Joannes Wameſius *cent.* 2. *conſ. civil.* 4. *num.* 1. Quodque vitricus pro privigno aut ex converſo teſtis eſſe non poſſit, docet Proſper Farinac. *de teſtib. lib.* 2. *tit.* 6. *quaſt.* 54. *num.* 169. Menoch. *lib.* 5. *conſ.* 491. *num.* 17. præſertim ſi alicujus momenti cauſa fuerit, Tuſcus *lit. T. concl.* 201. *num.* 97. Ita etiam Lege Corneliâ cautum eſt, ut non judicet, qui ei, qui agit, vitricus vel privignus fuerit, *l.* 5. *π de Injur.* Joan. Beſſian. *ad Conſ. Alvern. cap.* 5. *art.* 2. *num.* 20. Joan. Papon. *ad Conſ. Borbon.* §. 7. *verb. cauſes de recuſation, verſ. undecima.* Inter affinitatem autem diſſolutam, & ſtante matrimonio durantem diſtinguit ex *Baldo aliiſque* Bajard. *in notis ad* Clarum *in* §. *fin. quæſt.* 24. *num.* 54. ut illo caſu teſtimonium ſubſiſtat, hoc vero tanquam ſuſpectum reprobetur, idem aſſerit Amator Rodriques *de mod. examinand. proceſſ. cap.* 7. *num.* 46. *in fin.* Quæ diſtinctio etiam alibi uſui venit; Novercam ex Lege 7. *C. unde Vi.* non recte à Privigno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

vivente marito conveniri docet Franciſcus Ripa *ad Cap. ſæpe de Reſtit. Spoliat. num.* 2. quod ſub diſtinctione probat Menochius *de poſſeſſ. recuper. Remed.* 9. *num.* 59. A ſtatutario compromiſſo, quod inter affines apud Italos obtinet, ſoluto matrimonio Noverca Privignusq; liberantur, Borell. de Compromiſſ. §. 1. *gl.* 3. *num.* 133. Vivius *deciſ.* 376. *num.* 5. Blanc. *de Compromiſſ. quæſt.* 3. *num.* 28. Horatius Carpanus *ad Statut. Mediolan. cap.* 115. *nu.* 11. Sed rectius alii judicis arbitrio hoc relinquunt, cum nulla circa hæc in lege exſtet diſtinctio. In eo plerique DD. conveniunt, pro abſolutione rei & ad probandam innocentiam affines non minus, quam reliquos admitti, Jul. Clarus *in* §. *final. quæſt.* 24. *num.* 12. Thomas Grammaticus *deciſ.* 56. *num.* 16. A jure autem devia eſt eorum ſententia, qui ex poſterioribus Conſtitutionibus omnem dicendi teſtimonii facultatem adimunt privignis, nullamque differentiam ponunt, ſive pro vitrico, ſeu adverſus eundem teſtes admittantur, argumento eorum, quæ de libertis in cauſis patronorum non audiendis reſcripta ſunt, longa enim inter eos differentia eſt, quod rectè animadvertit Ant. Matthæus *de Crimin. lib.* 48. *tit.* 15. *cap.* 2. *num.* 14.

VI. Ne veritas ſupprimatur, receptum eſt teſtes ad dicendum teſtimonium cogi *l.* 1. §. 1.

l. 8.

l. 8. *π de Teſtib. l. Conſtitutio* 16. *l. ſi quando* 19. *C. eod. tit.* Surdus *deciſ.* 190. *num.* 4. Lege autem Juliâ cautum eſt, ne cui invito denuncietur, ut litis teſtimonium dicat adverſus vitricum aut privignum, *l.* 4. *π de Teſtib. l.* 10. *π de Gradib. & affin.* Proſper Farinac. *de teſtib. lib.* 3. *tit.* 8. *quæſt.* 78. *num.* 82. Godofred. à Bavo *in prax. Crimin.* §. *teſtes num.* 9. Argentr. *ad Conſ. Britann. art.* 161. *gl.* 1. *num.* 3. Zanger. *de Quæſtion. cap.* 3. *num.* 33. Quod non tantum in Criminalibus, ſed in Civilibus quoque obtinere, & utrumque judicium comprehendere verius eſt, uti poſt *Accurſ. Donell. Duaren. Weſemb.* docet Ant. Matthæus *de Iudic. diſp.* 9. *th.* 33. & judicatum refert Carpzovius *de Arbor. Affinitat. cap.* 8. *num.* 111. Cum autem Juriſconſultus invitos cogi non poſſe ſcribat, patet eos volentes ſaltem admitti, petito à contrario ſenſu argumento, Gail. *libr.* 1. *obſ.* 100. *num.* 14. niſi quod in parente illud ipſum limitetur, quem ne volentem quidem in filium teſtimonium dicere jura permittunt, *l. parentes* 6. *C. de teſtib.* Unde nimis generalis eſt Coſtalii *ad d. l.* 4. ſententia, perſonas ibidem enumeratas omnimodo, atque etiam volentes removeri, quæ vera dici poſſet opinio, ſi in favorem affinium aut conſanguineorum deponant, non vero ſi adverſus eoſdem teſtimonium ferre non recuſent. Privilegium ipſis per legem Juliam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

conceſſum eoſdem non reddit inhabiles, ſed ſolummodo neceſſitatem deponendi remittit. Quod ſi ſponte ſuâ non inviti teſtimonium dixerint, licet cogi non poſſint, indicium faciunt, Ludovic. Carerius *in prax. crimin. tit. de indiciis §. Ultimo an teſtis num.* 9. Communior etiam DD. opinio eſt, licet eos lex Julia excuſet, perſonas tamen enumeratas in *d. l.* 4. ad ferendum teſtimonium cogi, ſi aliter veritas haberi non poſſit, Cancer. *var. reſol. part.* 1. *cap.* 20. *num.* 77. *&* 78. Berlich. *part.* 1. *concl.* 41. *num.* 20. Gomeſ. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 24. Maſcard. *de Probat. vol.* 1. *concl.* 74. *num.* 2. Brunnemann. *de Proceſſ. Inquiſit. cap.* 8. *num.* 37. Acacius *de Privil. Iur. Civil. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 29. Quod ſi probatæ fidei & honeſtæ vitæ noverca fuerit, rectè eadem teſtimonium adverſus privignum dicit; præſertim ſi de rebus deponat, de quibus non niſi per domeſticos, aut ægrè per alios conſtare poſſit, prout deciſum refert Aloyſius Riccius *Cur. Archiepiſcop. Neapolit. deciſ.* 217. Recte equidem Jacob. Menochius *de arbitr. judic. quæſt. cent.* 5. *caſ.* 487. judicis arbitrio relinquit, quæ perſonæ, & quibus caſibus, præſertim in capitalibus, ad teſtimonium cogi poſſint. Unde aliis etiam placuit maritum contra uxorem & ex diverſo ad teſtificandum adigi poſſe; nec ab eâ coactione ſocrum adverſus

generum liberant, *Capella Tholoſan. quæſt.* 3. *&* *ibi Auferius.* Sande. *lib.* 1. *tit.* 10. *def.* 3. Ex *Autumno, Fabro, Bugnionio* refert Groenew. *ad l.* 3. *C. de teſtib.* Hodièque neminem à dicendo teſtimonio etiam in causâ civili Gallorum moribus excuſari, ſed cogi poſſe, quiſquis ille fuerit, docet & variis Senatuſconſultis deciſum ſcribit Ant. Mornacius *ad l.* 15. *C. de Teſtibus.* Franciſc. Raguellius *ad* 50. *Juſtinian. deciſ. in l.* 17. *C. de Teſtib.* Alii autem inter Civilia & Criminalia judicia diſtinguunt: verum rectius in utroque judicio, ſi veritas aliter haberi nequeat, cogendos eſſe privilegiatos ex uſu quotidiano refert Julius Clarus *in prax. Crimin.* §. *fin. quæſt.* 24. *num.* 22. Ubi tamen addit nonnunquam à Senatu conſultum Principem an cogendi forent hujuſmodi teſtes.

VII. In accuſandâ mariti nece an Noverca liberis præferri debeat, ſi fortaſsè concurrant, pleniſſimè tractat Marius Giurba *Conſ. Crimin.* 61. additque ſæpius obſervatum, filios uxori prælatos eſſe; conſentit Ant. Faber *in C. Sabaud. lib.* 9. *tit.* 1. *def.* 2. & deciſum refert Vincentius de Franchis *part.* 2. *deciſ.* 382. Quamvis pauciſſimis Gentibus hęc conveniant, cum apud pleraſque receptum ſit, in publicis delictorum accuſationibus ſolos Fiſci Procuratores admitti, Groeneweg. *ad l.* 1. *C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Niſi forſan apud nos dubium moveat Cu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

riæ Provincialis Inſtructio *tit. de Proceſſu Criminali art.*15.ex cujus diſpoſitione,ſi quis criminis aliquem velit arguere aut legitimus accuſator exiſtere, Juri Romano inhærendum conſtat; quod latius exornat Ant. Matthæus *de Crimin. lib.* 48. *tit.* 20. *cap.* 2. *num.* 2. Illud extra dubitationem ponimus, privatum intereſſe ex crimine etiam hodiè privatos conſequi & citra Fiſci præjudicium de nece defuncti impunè tranſigere, Groeneweg. *ad l.* 1. *C. de his quib. ut indign.* Quod autem ex tranſactione, ſeu etiam judicis ſententiâ intereſſe procedit, ſolis liberis alii tribuunt, & tam in accuſando, quam pacem faciendo eos excluſâ uxore admittunt, Stephanus Gratianus *Diſceptat. Forenſ. tom.*3. *cap.* 518. Ferdinand. Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 3. *c.* 8. *num.* 16. Filios vero uti in accuſando,ita & in remittendo poſtponi docent Zuares de Paz *in Prax. part.* 5. *tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 14. Petr. à Placa *de delict. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 2. Cogitabundum deſerit lectorem & indeciſam reliquit hanc controverſiam Garſias *de acquæſt. conjug. num.* 173. Verum rectius tam uxori, quam filiis ſimul hoc intereſſe competere firmat Caſtillo Sotomajor *de uſufruct. cap.* 40. *num.* 18. *& ſeqq.* Mainard. *lib.* 3. *deciſ.* 77. Choppin. *de Morib. Pariſior. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 23. & judicatum teſtatur Papon *lib.* 24. *tit.* 1. *arr.* 5. Idque expreſsâ Conſtitutione

Juris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Juris Velavici *cap.* 3. *art.* 7. deciſum exſtát, ubi Lambertus Goris *in ſcholiis gloſſ.* 1. idem Zutphanienſium ac Tranſiſulanorum moribus receptum ſcribit propter Conjugalem bonorum omnium ſocietatem. Sicuti & Riccius *in notis ad d. deciſ. Vincentii de Franchis* teſtatur in Regno Neapolitano uxorem ſimul cum filiis admitti, nec minus ab eâ, quam à reliquis remiſſionem petendam eſſe. Illata ex nece mariti injuria non ſolùm uxorem, ſed & filios tangit; neque damnum quod ex amiſſione patris liberi patiuntur, noverca evitat, verum ſublato marito quotidiana ipſius ſtipendia & operæ uxori pariter auferuntur. Maxima quidem erga maritum, cum quo una per matrimonium caro fuit, in uxore præſumitur affectio; & ſpeciali favore eam leges ad accuſandum admittunt, ſi ſuam ſuorumve proſequatur injuriam *l.* 11. *π de Accuſat. l.* 12. *C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Sed & in filiis ſanguinis ratio militat, quæ in uxore deficit: ex remiſſione autem juris, quod uni competit, alterius juſta poſtulatio non violatur, ſed illæſa remanet; utriq; ſuum intereſſè licet ex diverſo capite, de jure tamen competit; unde etiam Henricus Kinſchotus ex conſuetudine introductum ſcribit, ut uxor orbata viro ſatisfactionis loco alimenta plerumque petat, *de Remiſſion homicid. cap.* 16. *n.* 4. *in fin.* licet ſtatutum de pace faciendâ conſanguineos ſolummodo nominet.

L² 1077-11

VIII. Adulteros lucris omnibus, tam per pacta dotalia, quam ex ſtatuto quæſitis privari lex jubet *l. conſenſu* 8. §. 4. *C. de Repud. Novell.* 117. *c.* 8. *& ibidem Groeneweg.* Carpzov. *in Prax. Crimin. part.* 2. *quæſt.* 64. partique læſæ in bonis conjugis, extantibus liberis prioris matrimonii uſumfructum concedit, *d. cap.* 8. Quod per legem Regiam apud Hiſpanos confirmatum ſcribit Covarruvias *de Matrimon. part.* 2. *cap.* 7. §. 6. *num.* 7. Dotem enim, donationemque propter nuptias, quam conjux ex conjugis adulterio conſequitur, Gamma *deciſ.* 234. *num.* 3. exſtantibus prioris matrimonii liberis pars læſa in filiorum præjudicium non lucratur, Godofred. à Bavo *in prax. Crimin.* §. *Adulterium num.* 32. Chriſtin. *ad Leg. Mechlin. tit.* 2. *art.* 13. *num.* 7. Novercam autem, Vitricumque hoc caſu filialem portionem in proprietate, in reliquis vero conjugis bonis uſumfructum adipiſci, *Baldus*, *Stephanus Bertrandus* aliique tradiderunt, quos refert & ſequitur *d. oc.* Covarruvias: Verum rectius hanc ſententiam tanquam à jure deviam *poſt Gothofredum* damnat Berlichius *part.* 4. *Concl.* 29. *num.* 38. Neque ulla ſuppetit ratio cur hæc in Vitrico ſtatuenda cenſeamus; nam ab inteſtato Lex *hâc edictali* nihil defert, ſed quod delatum eſt diminuit; abſurdum foret plus deberi ex delicto, quam leges dari permittunt, reſpectu tertii; uſus-

uſusfructus ex lege conceſſus cum proprietate, de quâ nulla in lege mentio, cumulari non debet; ſed eundem ſecundo conjugi ex causâ adulterii delatum lex *hâc edictali.* moderatur, & ad filialem reducit portionem; Non enim per conjugis vitium plus conjux nanciſcitur, quam per legm. *hâc edictali.* alienari permittitur, Chaſſanæus *ad Conſuet. Burgund. tit. des enfans de plusieurs licts* §. 1. *num.* 8. Vincent. de Franchis *deciſ.* 421. *num.* 12. *&* 13. Tulden. *ad tit. C. de Repud. num.* 7.

SECTIO I.

I. *Quomodo inceſtus inter Novercam & Privignum puniendus ſit.*

II. *Inceſtus inter eos cum Adulterio conjunctus capitalis eſt.*

III. *Quid ſi Noverca cum defunctæ pivignæ marito rem habeat?*

I.

INceſtus illicita conſanguineorum aut affinium conjunctio eſt; alius in juris naturalis vel gentium leges impingit, alius contra juris civilis prohibitionem committitur; hunc pro arbitrio judicis puniri, alterum pœnâ gladii abſque ullâ diſtinctione coërcendum DD. tradunt, L² 108₁–20

dunt, Tulden. *ad tit. C. de Inceſt. Nupt. num.* 7. Faber *in C. Sabaudic. lib.* 5. *tit.* 3. *def.* 5. Grivell. *deciſ.* 23. *num.* 22. Prohibitum cum novercâ matrimonium eſt §. 7. *&* 8. *Inſt. de Nupt. l.* 14. §. 4. *π de Rit. Nuptiar. l.* 17. *C. eod.* In tantum ut ne quidem ſponſam patris, quamvis noverca nondum fuerit, uxorem ducere liceat, *l.* 12. §. 1. *π de Rit. Nupt.* Num vero in jus Gentium hic inceſtus incidat, inter Juriſconſultos etiamnum controvertitur; dum enim Papinianus *in l. ult.* §. *ult. π de Condict. ſine cauſ.* contra jus gentium hunc inceſtum committi ſcribit, non tam docendi, quam argumentandi causâ, & per modum diſputationis hoc proponit; quamvis non deſint, qui Juriſconſultum in *d. l. ult.* contrarium ſibi fuiſſe dictitent, dum repetitionem dotis in nuptias jure Gentium prohibitas collatæ donanti concedit, eo enim caſu nulla de jure condictio eſt; verum adverſus hanc calumniam Papinianum rectè defendit Barnabas Briſſonius *de jur. connub. pag.* 229. eumque non tam turpem, quam potius nullam cauſam ſubtiliter conſideraſſe demonſtrat. Conjunctio quidem matrem hanc conſtituit, ſed non ſanguinis arctior unio; quod ſi tam latè *d. l. ult.* porrexeris, etiam latius inceſtus vocabulum, & jus gentium tanquam à naturali ſeparatum interpretari neceſſe eſt; à quâ diſtinctione inter merum jus naturæ & gentium in hâc

quæſtio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

quæſtione diſſolvendâ non multum alienus eſt Hugo Grotius *de Iur. Bell. & Pac. lib. 2. c. 5. num.* 13. Turpe quidem eſt, ſi confuſio fiat eorum, quos antea parentum liberorumque nomen & reverentia diſtinxit; turpe eſt patris revelare nuditatem, & ei miſceri, quæ una cum ipſo per connubium caro fuit; nec enim ſtatim diſſoluto matrimonio affinitas tollitur, quæ ex ſanguinis confuſione traxit originem. Quod ſi filii concubitum cum patris concubinâ, conjunctionem propè nefariam vocet Ulpianus *l.* 1. §. 3. *π de Concubin.* quanto magis deteſtandum crimen eſt, ſi legitimam patris viduam quis ſtupraverit? Legitima quidem ea argumenta ſunt, & ex honeſtatis capite petita has conjunctiones rectè prohibent, ſed inceſtum ex jure Gentium ſeu naturæ facere alii negant: probabilior enim multis videtur ſententia, nullâ affinitatis ratione inter haſce perſonas jure naturæ matrimonium prohiberi, ut irritum fiat, Baſilius Pontius *de Matrimon. libr.* 7. *cap.* 34. *nu.* 5. quod latiſſimè confirmat Thomas Sanches *de Matrim. lib.* 7. *diſput.* 66. *num.* 7. poſt longam DD. ab utrâque parte ſtantium enumerationem. Quod enim Apoſtolus Paulus 1. *ad Corinth. cap.* 5. *verſ.* 1. inceſtum inter novercam & privignum ne quidem inter Gentes nominari ſcribit, non de ſimplici inceſtu, ſed cum adulterio, & quidem vivente patre commiſſo intelli-

intelligunt Cornel. à Lapide *ad d. verſ.* 1. Bellarmin. *de Matrim. lib.* 1. *cap.* 27. Covarruv. *de Matrim. part.* 2. *cap.* 6. §. 10. *num.* 19. Sanches & Baſilius Pontius *dict. ll. Cajetan. Anſelm. Sedulius ab iiſdem allegati.* Et noviſſimè Martinus Perez ab Unanoa *de Matrimon. diſp.* 31. *Sect.* 3. *num.* 8. In quam ſententiam argumentum petunt ex 2. *ad Corinth. cap.* 7. *verſ.* 12. quem textum de inceſtuoſi patre loqui præallegati DD. docent, & notat ibidem Emanuel Sà; nec planè improbant Belgæ Theologi ad *d. verſ.* 12. *n.* 33. Idem ad utrumque Pauli textum declarat Eraſmus Schmidius; ubi Emſeri cujuſdam marginalem annotationem quoque refutat conjectaneè ſentientis, Apoſtolum non patris, ſed Vitrici uxorem intellexiſſe. Verum non ita intelligendum hoc effatum, eſt, ac ſi nulla hujuſmodi ſceleris inter Gentes extarent veſtigia. Antiochus, Caracalla, aliique hoc nomine noti ſunt. Phædra apud Naſonem in epiſtolis Hyppolytum compellat,

Viderit amplexus aliquis, laudabimur ambo,
Dicar privigno fida Noverca meo.

Dum inter Gentes non nominari hoc crimen ſcribit Paulus, hęc ipſius ſententia eſt, quod non niſi cum deteſtatione & horrore apud Gentes de hujuſmodi conjunctione fiat mentio. Exiſtimant Oſiander & Eſtius *in ſcholiis ibidem* Apoſtolum Gentes intelligere paulo honeſtiores.

Deniq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Deniq; aliud eſt contra jus Gentium eſſe, aliud inter Gentes non nominari. De pœnâ itaq; dubitatum eſt; quidam hoſce concubitus capite plectendos voluere, Boërius *deciſ.* 318. *num.* 3. Paulus Grillandus *de Pœn. omniſar. coit. quæſt.* 3. n. 6. Bermond. Choveron. *de Public. Concubin. tit. de Inceſtu. num.* 13. & 31. Petr. Caball. *Reſol. Crimin. Cent.* 2. *Caſ.* 200. *num.* 7. & *ſeqq.* Ant. Matthæus *de Crimin. lib.* 48. *tit.* 3. *cap.* 6. *nu.* 3. & 5. Perezius *ad tit. C. de inceſt. Nupt. num.* 16. Sed duriuſculè; quod ſi enim capitalis pœna irrogetur, eâdem punietur, quâ fœdiſſimum inceſtus crimen inter naturalem parentem & filium; nulla deinde foret quoad pœnam diſtinctio, ſi quis adulterium ſimul cum inceſtu commiſerit, & inter eum, qui ſimpliciter inceſtuoſus eſt, *arg. l.* 38. *ff ad Leg. Iul. de adult.* l. 5. *ff ad Leg. Pompej. de parricid.* Sola hic reverentia politica ſeu civilis ex paternâ olim conjunctione orta conculcatur, nullo jure naturæ aut ſanguinis turbato. Clarius ipſe Paulus *in l. ult. ff de Rit. Nupt.* hæc explicat, dum enim inter aſcendentes & deſcendentes jure Gentium inceſtum committi reſpondit, mox ſubjicit, Si quis affinem, quam impeditur, duxerit, ſi palam fecerit, levius, ſi vero clam hoc commiſerit, gravius punitur; ita ut eos ab inceſtu jure Gentium commiſſo excuſet; Novercam autem privignoſquę affinitate ſolâ ſibi conjunctos eſſe

explorari juris eſt, §. 7. *Inſt. de Nupt. l. 4. §. 4.* *ff. de Gradib. & Adfin.* Unde meritò Proſper Farinacius *de Delict. Carnis quæſt.* 149. *tit.* 16. *num.* 68. *&* 72. ſcribit ſe dubitare de eorum opinione, qui pœnam mortis hiſce perſonis dictant. Rectius itaque mihi ſentire viſi Saxones, licet in puniendis illicitis conjunctionibus alioquin ſeveriores, qui criminis hujus reos, poſtquam virgis publicè cæſi ſunt, in perpetuum exilium mittendos pronunciant, Bernhard. Zeiritz, Matthias Stephani & Ant. Bullæus *ad Conſtit. Crimin. Caroli Quinti cap.* 117. Berlich. *part.* 4. *concl.* 35. *num.* 9. *& ſeqq.* Carpzov. *in Prax. Criminal. part.* 2. *quæſt.* 74. *num.* 10. *& ſeqq.* Erneſt. Cothmann. *vol.* 3. *Reſp.* 48. Moller. *ad Conſt. Saxon. part.* 4. *Conſt.* 24. Et quamvis contra jus Gentium hoc crimen committi dixeris, non tamen gladii pœnâ neceſſario coërcendum foret, nam arbitrio judicis relinqui debet, quâ pœnâ inceſtus puniendus ſit, idque non minus quoad inceſtum jure Gentium, quam Jure Civili commiſſum procedit, Farinac. *d. part.* 4. *de delict. carn. quæſt.* 149. *tit.* 16. *num.* 21. *&* 22. Ad argumenta autem ex ſacra paginâ petita, quod ſcilicet non tantum hæc conjunctio prohibeatur, Levitic. *cap.* 18. *verſ.* 8. Deuteronom. *cap.* 22. *verſ.* 30. *& cap.* 27. *verſ.* 20. ſed ibidem etiam capite plectendos hoſce inceſtuoſos lex ſacra edicat, Levitic. *cap.* 20. *verſ.* 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

 15-1

ex communi Theologorum opinione reſpondendum eſt; quod licet in pœnâ mores cum ſacrâ paginâ conveniant, non tamen neceſſe eſſe, ut in pœnæ modo æquiparentur, uti ex *Calvino, Melanthone, Chemnitio, Martyre aliiſque* probant Sandius *lib.* 5. *tit.*9. *def.* 9. & Groeneweg. *ad* §. 4. *Inſt. de Public. Iudic.* Quamvis ille textus de mortis pœnâ eodem modo intelligi poſſit, quemadmodum dictum Apoſtoli Pauli ſupra explicuimus. Olim apud Bajuvarios ſi noverca ſeſe privigno, vel è converſo miſcuiſſent, poſt ſeparationem à loci judicibus factam omnes ipſorum facultates in fiſcum transferebantur, uti Gentis illius legibus cautum fuit, *tit.* 6. *leg.* 2. quod etiam in Alamannorum Conſtitutionibus legitur, *tit.* 39. *leg.* 1. ſicuti eas refert Fredericus Lindebrogius in Codice Legum Antiquarum. Quantum vero ad Senatus Mediolanenſis ſententiam, qua cuidam Vincentio Malduro, qui fatebatur carnaliter ſe cognoviſſe privignam, pœnam ſolummodo pecuniariam irrogavit, Jul. Clarus *in* §. *Inceſtus num.* 2. nimium in mitiorem partem abiiſſe mihi cenſetur, cum hic aliquid gravius quam ſimplex ſtruprum committatur.

II. Quod ſi vero vitricus conſtante matrimonio ſe cum privignâ miſcuerit, aut privignus vivo patre Novercam cognoſcat, hunc inceſtum ſimul cum adulterio cumulatum gladii

dii pœnâ coërcendum jubet ratio leg^{s}.38.π ad *Leg. Jul. de adulter*. Matthias Coler. *deciſ*. 174. *num*. 5. Nicol. Vigelius. *de Public. Iudic. cap*. 6. §. 12. *in fin*. & duplici judicato confirmat Carpzovius *in Prax. Crimin. part*. 2. *quæſt*. 74. *num*. 69. Infauſtos hujuſmodi amores rectè Seneca in Tragicis vocat

Quod in Novercam cadere vix credas, malum.

Antiochi cum Stratonicè matrimonium narrat Valerius Maximus *lib*. 5. *cap*. 7. Neque ab inceſtuoſæ hujus conjunctionis ſuſpicione planè liberatur Carolus Philippi Hiſpaniarum Regis ex Mariâ Luſitanâ filius, qui dum in carcere obiit, mox eum Iſabella Valeſia, privignum noverca ſecuta fuit, uti ad annum 1568. in annalibus ex famâ publicâ notant *Meteranus*, *Hoofdius*, *Reidanus*, *Grotius*, *Winſemius aliique*. Tale equidem facinus contra jus Gentium committitur, ſicuti hoc Jacobus Rubeno patris thalamos cum novercâ Bilham conſcendenti objicit, tanquam Juris Gentium violatori, *Geneſ. cap*.35.*verſ*.22.& *cap*.49.*verſ*.4. Quamvis adulterium quidem ſimplex ſit, cum paterni tamen thori, nominis, naturalis reverentiæ læſione & inceſtu conjungitur, quæ duo inter ſeſe copulata gladii pœnam merentur, adeo ut conjugis interceſſionem ne quidem contrarium operari exiſtiment Colerus *deciſ*. 174. *num*. 19. & Berlichius

lichius *part.*4. *concl.*34. *num.* 29. quamvis ultimum ſupplicium vix hoc caſu admittendum in iis locis, ubi adulterium capitale non eſt, latiſſimè diſputat Erneſtus Cothmannus *vol.* 3. *reſp.* 48. ubi tamen facultas Roſtochienſis judicis arbitrium non obſtante ſtatuto, ad capitis pœnam extendi poſſe cenſet, circa inceſtuoſum vitrici cum privignâ adulterium. Narrat Jacobus Bouricius *in Captivo cap.* 11. *n.* 146. ſeſe ruſticum quendam de inceſtu cum privignâ ante annos 25. commiſſo, coram Friſiæ Senatu captivum & accuſatum allegatâ vicenariâ præſcriptione liberaſſe; Extat elegans Martialis in hujuſmodi inceſtuoſum redargutio *lib.* 4. *Epigrammat.* 16.

Privignum non eſſe tuæ te, Galle, Novercæ,
Rumor erat, conjux dum fuit illa patris.
Non tamen hoc poterat, vivo genitore, probari.
Iam nuſquã pater eſt, Galle; Noverca domi eſt;
Magnus ab infernis revocetur Tullius umbris,
Et te defendat Regulus ipſe licet:
Non potes abſolvi; nam quæ non deſinit eſſe
Poſt patrem: nunquam, Galle, Noverca fuit.

III. Quoties autem Noverca non quidem privigno, ſed privignæ defunctæ marito viduo ſe ſubjecerit, procul dubio mitius cum iis agendum eſt: Prohibet hanc conjunctionem materni quondam nominis reverentia, & pudor

eſt eum maritum agnoſcere, qui tempore prioris thori te matrem ſalutaverit, cujus prædefunctæ uxoris patri ſuccubueris; prohibet idem civilis conſtitutio propoſitâ in conjunctionibus honeſtatis ratione; Uxorem quondam privigni conjungi matrimonio Vitrici non oportet, inquit Papinianus *l.15.* π *de Rit.Nupt.* nec in matrimonium convenire novercam ejus, qui privignæ maritus fuit. Quod ſi quid in hiſce pudore & honeſtate poſtpoſitâ arctior fœdi amoris unio admiſerit, non acerbam pœnam ſtricto jure inurere delinquentibus convenit, ſed moderato Judicis arbitrio relinquendum eſt, ut quid qualitas vel perſonarum conditio, aut etiam rei circumſtantia requirant, ſententiam dicturus examinet, Carpzov. *in Prax. Crimin. part. 2. quæſt.* 74. *num.* 47. ubi carcer vel relegationis temporalis pœna indicitur, poſthabitâ Juris Canonici ſanctione, quâ tale matrimonium, ut in ſecundo affinitatis genere contractum ſtabilitur, *Cap. non debet, Extrav. de Conſanguin. & Affinit.* In Galliâ etiam contrà expreſſum Pontificium Diploma Curia Rothomagenſis ex *d. leg.* 15. π *de Rit. Nupt.* pronuntiavit, adjectâ inſuper capitalis pœnæ comminatione, ſi adverſus latam ſententiam ſeſe rei miſcuiſſent, freti gratiâ legis, quam Romana poteſtas fecerat, Mornac. *ad l.*
L² 3, - 33 *ſemper* 42. π *de Rit. Nupt.* Moribus vero hujus

Diœceſios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

 15-1
Diœceſios propter Illuſtrium Ordinum Edictum ſuper re matrimoniali promulgatum ex *art.* 15. *& ſeqq.* de hâc prohibitâ perſonarum commixtione dubitari poſſet, ita ut certius Ordinum Reſcriptum in hâc dubitatione deſideret Ant. Matthæus *de Crimin. lib.* 48. *tit.* 3. *c.* 7. *num.* 26. Quamvis in dubio pro honeſtate reſpondendum foret. Vitricum privigni relictam viduam licitè ducere in Eccleſiis Saxonicis receptum ſcribit Hyeronim. Treutler. *vol.* 2. *diſp.* 6. *th.* 3. *lit. b.* Sed verius exiſtimo, quod Schneidewinus refert *ad tit. Inſt. de Nupt. cap. de Arbore Affinitatis*, Conſiſtoria Saxonum Jus Civile in pronunciando circa haſce matrimoniorum prohibitiones ſequi. Carpit etiam Treutlerum Reinhardus Bacchovius *in notis*, docetque prohiberi apud eos haſce conjunctiones, ſed diſpenſante Principe ab Eccleſiâ tolerari; eamque *Panormitani*, *Covarruviæ*, *Beuſtii aliorumque* fuiſſe ſententiam narrat Joannes Bechſtadius *de Iur. Connubior. par.* 2. *cap.* 6. *in fin.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

SECTIO II.

I. *An Privignus Novercam occidens ordinariâ Legis Pompejæ pœnâ puniendus ſit?*

II. *Quid de Novercâ, ſi violentas manus privigno inferat?*

I.

L² 1099-+

DUplex Legis Pompejæ pœna eſt, ſpecialis una, quæ in aſcendentes & deſcendentes dirigitur, generalis altera, legis ſcilicet Corneliæ, quæ ad reliquos cognatos pertinet, *l.* 1. *π̃ ad L. Pomp. de parric.* Covarr. *in Clement. ſi furioſus part.* 2. *in princ. num.* 12. Non equidem affinitatis ratione hæc pœna conſtituta eſt, ſed affectionis potius, *l. unica. C. de his qui parent. occid.* Cui Conſtitutioni cum conformè eſſe debeat, quod de lege Pompejâ ejuſque extenſione in Inſtitutionibus Imperialibus legitur, tanquam jus novum ex Codice compilatum, patet malè ex Codice tranſcriptum §. 6. *Inſt. de Public. Iudic.* nec bene, ſive Triboniani oſcitantiâ, ſive aliorum Compilatorum incuriâ, congeſtum; quod enim in *dicto* §. de affinitate legitur, de affectione intelligendum eſt, ita ut una vox pro alterâ, aut ſuppoſita, aut irrepſiſſe videatur, uti ad dictum §. DD. communiter ſentiunt; quod ſi vulgaris *d.* §[i.] lectio retineatur, reſpondendum eſt à Juriſprudentiâ

noſtrâ

 15-2
noſtrâ alienum non fore, ſi lege Pompejâ occiſio novercalis accuſetur, non tamen neceſſe eſſe, ut eâ puniatur; & licet eâdem pœnâ teneantur, ſcilicet capitali, qui ex hâc lege deferuntur, diverſitas tamen erit, quoad infligendi modum; legis enim Corneliæ pœna etiam ad parricidas pertinuit *l.* 1. *ff ad L. Pomp. de parricid.* Conſtituta à Majoribus pœna in eos ſolummodo ſcripta fuit, qui parentes occidiſſent; eam autem legem à Lucio Sylla renovatam Pompejus Magnus ampliavit, ut qui affines, eoſve, qui parentum loco haberi ſolent, necaſſent, eâdem tenerentur, licet pœnâ diverſâ, Guid. Pancirol. *var. lect. lib.* 2. *cap.* 236. Eam autem ampliandæ legis fuiſſe rationem conjicit Hottomannus *in tractat. de Legib.* ut certus in poſterum, ac proprius Prætor & hujus criminis Quæſitor eſſet. Quod ſi duritiem pœnæ conſideres, & ad delicti pœnæque proportionem attendas, gravius in ipſum animadvertendum, qui naturalem & legitimum parentem, quam qui novercam aut matrem aſcititiam occiderit, facilè cenſebis; filiationis enim ſubſtantia, non qualitas hoc crimen exaggerat; reſidet in novercâ reverentia, ſed hæc ſine ſanguinis conjunctione non ſola ad ordinariam pœnam ſufficit; alia naturæ & ſanguinis lex eſt, alia civilis conjunctionis politica ratio. Ordinariam itaque cru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

rifragii pœnam, quæ in cullei cum cane locum ex moribus ſucceſſit, Groeneweg. *ad* §. *6. Inſt. de Publ. Iud.* in novercæ occiſore minus rectè conſtitui ſuperius relata ſatis evincunt, *l. penult.* §. 1. *π ad L. Pomp. de parricid.* Weſembec. *in paratitl. eod. tit. num.* 9. Perez. *ad C. eod. num.* 9. Bocerus *de homicid. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 11. Vinnius *ad* §. 6. *Inſt. de Public. Iudic.* Harprecht. *ibid. num.* 27. *& ſeqq. vide* Moller. *ad Conſtit. Saxon. part.* 4. *Conſt.* 3. *num.* 13. *& ſeqq.* adeo ut minus rectè contrarium ſentiant pœnam Legis Pompejæ hiſce caſibus admittentes, Damhouder. *in Prax. Crimin. cap.* 89. Berlich. *part.* 4. *Concl.* 6. *num.* 50. *&* 51. Boëkel. *Diſquiſit. Crimin.* 7. *quæſt.* 5. Leeuwen *in cenſur. forenſ. lib.* 5. *c.* 14. *num.* 2. *aliique ab iiſdem allegati.* Nec quicquam argumenta ab affinitate, & matris nomine, quo juris fictione noverca gaudet, in contrarium petita faciunt. Socer ſocrusque parentum nomine continentur, ex Lege tamen Corneliâ occiſor plectitur, judicata refert Carpzovius *in Prax. Crimin. part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 40. *&* 41. Non minor inter adoptantem & adoptatum, quam inter vitricum & privignum conjunctio eſt, imo ſanctior adoptantis perſona; in horum tamen cæde parricidii pœna non obtinet, uti latiſſime deducit Tiberius Decianus *in Tractat. Crimin. lib.* 9. *cap.* 9. *num.* 5. Fratricidium ſangui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

ſanguinem quoque violat, non tamen hoc ad pœnæ exacerbationem per ſe ſufficit, verum legis deſideratur authoritas. Fratricida quidem Lege Pompejâ de Parricidis tenetur, pœnâ tamen ejuſdem Legis non eſſe coërcendum Modeſtinus docet *in l.* 9. §. 1. *π ad Leg. Pompej. de Parricid.* Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Iudic. Quæſt. lib.* 2. *Cent.* 4. *caſ.* 356. *num.* 74. Anthon. Matthæus *de Crimin. lib.* 48. *tit.* 6. *cap.* 2. *num.* 15. Michalorius *tractat. de fratr. part.* 3. *cap.* 56. *nu.* 3. Ita Curia Anno 1663. *Elbertum Cornelii Knoeſt* occiſo Fratre pœnâ Legis Corneliæ mulctavit; & hæc verior ſententia eſt, ſi non aliud occidendi modus exigat, aut circumſtantiæ graviores concurrant. Conſonat huic ſententiæ Saxonum Conſuetudo, qui non acerbam cullei antiqui pœnam, ſed gladii cum aliquâ modificatione, propter enormitatem delicti & horribilem ſæpè occidendi modum, infligunt iis, qui vitricum novercamve occiderint, Carpzov. *in Prax. Crim. part.* 1. *quæſt.* 8. *nu.* 38. *&* 47. De Privigno cum Novercâ adulterium committente & occiſo agit Marcianus ex Adriani Imperatoris ſententiâ *in l.* 5. *π ad Leg^{m} Pompejam de Parricid.* ubi DD. eam materiam communiter tractant; uti etiam Petrus Caballus *Reſol. Crimin. Cent.* 1. *caſ.* 15. *per tot.* Tiber. Decianus *in tractat. Crimin. lib.* 9. *cap.* 8. *num.* 11. Berlich. *part.* 4. *concl.* 6. *num.* 82. *&* 83.

L^2 1099-4

II. Cum autem eadem correlativorum natura ſit, eademque ratio in privigni cæde militet, quæ novercæ occiſionem aggravat, novercam privignum mactantem, non ordinariâ parricidii, aut infanticidii pœnâ coërcendam, ſed mitiori, uti ſuperius diximus, plectendam ſuadet æqualis juris & æqualis læſionis ratio, Carpzov. *d. part.* 1. *quæſt.* 9. *num.*62. Et quamvis *Farinac. Decian. Moller.* & alii, quos refert & ſequitur Berlich. *part.* 4. *concl.* 6. *num.* 78. contrarium ſentiant, ut ſcilicet ſæviendi in privignos occaſio Novercæ auferatur; nobis tamen nimis debilis videtur hæc ratio, cum neceſſe non ſit, ut pœnam legis, quam extendere juris diſpoſitio non patitur, ſine lege extendamus. Interpretatione pœnæ molliendæ potius ſunt, quam áſperandæ *l.* 32. §. 42. *π de Pœn.* Nec ſanè minus tempore Romanæ Legiſlationis, quam hoc noſtro ſæculo aconitum Noverca miſcuit. Rarior apud noſtros hujus ſceleris memoria: aliis vero Gentibus magis innotuit hoc crimen; quare ſi qua Interpretibus propter delicti frequentiam ampliandæ pœnæ fuerit conſideratio, aliis forſan durioribus, non vero noſtræ Genti convenit.

INDEX

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

RERUM

quæ hoc tractatu continentur.

ACquæſtus inter conjuges ex ſtatuto abſque ullâ traditione fiunt communes. 147

Acquæſtuum communione ſimpliciter introductâ, hæreditates non veniunt. 43.

Acquæſtuũ renunciatio in vitrici gratiam à matre bigamâ facta per L. hâc edictali *reſcinditur.* 147.

Acquæſtus conjugales Leg[i] Fœminæ *non ſubjacent.* 188.

Actio perſonalis ad communicanda bona extranea ex ſtatuto adverſus conjugem oriunda ultra Leg[m.] hâc edictali *non extenditur.* 7.

Alimenta liberis ſubminiſtrata Noverca non repetit. 24.

Alimenta Noverca repetit, ſi liberi bona habeant, unde potuiſſent vivere. 28.

Alimenta privignis repetendi animo præſumuntur conceſſa. 26.

Alimentorum & operarum circa privignos facilè admittitur compenſatio. 226.

Alimenta in tranſactione promiſſa, prædefuncto marito etiam Novercam obligant. 85.

Alimenta debentur uxori, quoties ex Auth. Prę-terea *C. Und. vir & ux. non ſuccedit.* 181.

Arreſtari à privignis Noverca poteſt. 252.
Authentic. Præterea C. Unde Vir & Ux. *non cenſetur ſublata per Statutum prohibens inter conjuges munificentiam.* 179.
Apud Belgas nunquam fuit recepta. 181.
Ceſſat, etiamſi per pacta dotalia à Statuto recedant conjuges. 180.
Plerisque Europæ Gentibus incognita eſt. 180.

B.

Bona per ſententiam judicis acquiſita noverca non percipit, ſi tempore priori thori lis mota fuerit. 18.
Bona Vitrici privigno pro adminiſtratione uxoris & tutelæ ratiociniis tenentur obnoxia. 73.

C.

Coitus novercæ cum defunctæ privignæ marito pro arbitrio judicis puniendus eſt. 274.
Competentiæ exceptio, ne conveniantur ultra quam facere poſſunt, privignis adverſus Novercam non conceditur. 254.
Commune præſumitur, quod in pactis dotalibus non eſt expreſſum. 220.
Communio ex Statuto oriunda per L. hâc edictali. *non reſtringitur.* 2. & ſeqq.
Etiamſi pacta dotalia ſimpliciter confecta fuerint. 32.

Quod

Quod ſecus eſt, ſi contrahentes ſtatuti diſpoſitionem alterent aut reſtringant. 33.

Communio bonorum per Legem hâc edictali C. de Sec. Nupt. *poſtmodum ex Edicto Ordinum reſtricta eſt.* 47.

Communio bonorum ſtatutaria à Societate univerſali differt. 31,

Communio ex benedictione eccleſiaſticâ apud nos non introducitur, ſecus apud Hollandos alioſque. 218.

Communio bonorum inter conjuges præſumitur. 220.

Conjux ſuperſtes in tacitâ ſocietate non poteſt bona alienare, niſi in utilitatem ſocietatis. 103.

Conditio, Si in viduitate permanſerit, *legato uxori relicto adjecta, non rejicitur tanquam turpis.* 12.

Collatio obtinet in iis officiis, quæ aut vendi aut ad poſteros tranſmitti poſſunt. 240.

Collatio à liberis facienda etiam Novercæ prodeſt. 240. & ſeqq.

Collatio facienda eſt ſecundum tempus conceſſionis ſeu emptionis, non vero quanti tempore mortis paternæ res eſt. 243. & ſeqq.

D.

DAmnum bonis alterius Conjugis illatum de communi reſarcitur, ſi æſtimatio in inventario aut pactis dotalibus intervenerit, non vero ſi ſecus. 221.

Debita

Debita Novercæ privignis ex tacitâ ſocietate non fiunt communia, ſi pater ad ſecunda vota tranſeat. 88.
Doërium in filialem Novercæ portionem imputatur. 39.
Domicilium mariti in contractu matrimonii attenditur. 219.
Dona liberis in baptiſmo à ſuſceptoribus data, parentibus acquiruntur. 190.
Donatio vel legatum à Novercâ in privignos collàtum per L. hâc Edictali. *non reſcinditur.* 165.
Donatio ſub conditione, Si ſine liberis, *alicui facta, tam poſterioris quam prioris thori liberis communis eſt.* 15.
Donationem à marito liberis prioris thori factam Noverca poteſt reſcindere. 58.
Donatio liberis inſciâ Novercâ proximè ante matrimonii celebrationem facta, pro arbitrio judicis aut infirmatur, aut ſubſiſtit. 60.
Donata à patre liberis actione Paulianâ Noverca revocat. 62.
Dos liberis prioris matrimonii conceſſa novercæ non imputatur, ſed marito ejuſq; bonis. 20. & ſeqq.
Dos antea percepta quomodo in tacitâ ſocietate conferatur. 97.

E.

EDucationem pupilli ſui per ſecunda vota pater non amittit. 76. & 77.
Educatio pupilli Vitrico vel Novercæ per teſtamentum

mentum concedi poteſt. 78. & 79.
Educatio privigni Vitrico pro arbitrio Iudicis aut conceditur aut denegatur. 75. & 79.
Empta tempore prioris thori Novercæ non communicantur, licet ceſſio ſeu tranſportus in ſecundo matrimonio fiat. 16. & 17.
Emphyteuſin tempore prioris thori acquiſitam, poſterioris thori liberi ex teſtamento patris licitè capiunt. 174. & 175.
Executrix Noverca à marito conſtitui poteſt. 158. & 159.
Executio Novercæ abſque inventario aut rationis redditione conceditur. 159.
Executor ad poſtulationem privignorum jurare cogitur ſe in Novercam non collaturum pecuniam, quæ tacitæ fidei ſuæ à marito concredita eſt. 255. & 256.
Expilatæ hæreditatis actio privignis adverſus Novercam conceditur. 261. & ſeqq.

F.

Feudi pretium ſi refundatur à marito liberis, noverca dimidium repetit. 247.
Feudi diminutio & accretio ei ex conjugibus cedit, cujus nomine inveſtitura petita fuit. 247.
Feudi pretium conferri debet ſecundum tempus emptionis, non vero mortis. 243. & 244.
Illud non tantum liberis prioris, ſed & poſterioris thori prodeſt. 246.

Fide-

Fidejuſſio Novercæ pro privigni debito ſubſiſtit. 60. & ſeqq.
Fidejuſſor in pactis dotalibus accedens non obligatur ultra Legm. hâc Edictali. 41. & 42.
Filiusfamilias, cui fratres germani ſuperſunt, in Novercæ gratiam teſtari poteſt. 175. & 176.
Filialis portio in pactis dotalibus quomodo computetur, ſi liberi ſtante matrimonio omnes moriantur. 46. & 47.
Filialis portio Novercæ non minuitur, licet filius legitimæ ſupplementum non petat. 200.
Fraudulentam eſſe gratificationem inter Novercam & Privignum ex indiciis probari convenit. 168. & 169.
Fraudis in tranſactione commiſſæ probatio incumbit creditoribus. 81.
Fructus etiam debentur portionis ſuperfluæ, quæ per Legm. hâc Edictali. *detrahitur.* 207.
Fructuum collatio quouſque locum habeat in tacitâ communione. 96. & 97.
Fructus ex hæreditate aliunde pupillo delatâ non cedunt Vitrico pro alimentis in hæreditatis redemtione promiſſis, niſi aliud judex ex circumſtantiis arbitretur. 84.
Fructus hæreditatis in tacitâ ſocietate communicantur, licet delata hæreditas exempta ſit. 101.
Fructus legitimæ ex die mortis debentur. 215.
Fructus pendentes, & nondum perceptos bigamus ad Novercam ejuſve hæredes propter Legm. Fœminæ *non tranſmittit.* 236.
G. Gem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

G.

Gemmæ, annuli, & ſimilia ſponſæ acquiruntur, & ad hæredes tranſmittuntur. 203.

Gemmæ, annuli aliaque jocalia in novercæ portionem imputantur. 203.

H.

Hæreditates, legata, donationes particularis ſocietas non comprehendit. 43.

Hæreditatum & legatorum communione pactis dotalibus introductâ, L. hâc Edictali. *in iis tamen locum habet.* 44. & 45.

Hæres non tenetur præſtare factum defuncti contra Legm. hâc Edictali. 211. & 212.

Hiſpani, Galli, aliique populi etiam ratione ætatis & conditionis, binuborum largitiones moderantur. 148. & 149.

Hypotheca legalis competit privignis in bonis Vitrici vel Novercæ pro ſummâ in tranſactione hæreditatis promiſſa. 82.

Hypotheca legalis privignorum etiam in feudis Vitrici locum habet. 83.

I.

INceſtus inter Novercam & Privignum capite non eſt puniendus. 265. & ſeqq.

Inceſtus ille ſi cum adulterio conjungitur, gladio coërcetur. 272.

Ingratus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Ingratus non utitur beneficio. L. hâc Edictali. 213.
Inventarii onus Novercæ Maritus nequit remittere. 119.
Inventarii conficiendi ſolennitates à Iure Civili requiſitas mores repudiant. 119.
Inventarii exhibitio rumpit ſocietatis continuationem. 107. & 108.
Inventarii locum ſupplet legitima patris ab uxore tutoris conſtituti annotatio. 109.
Inventarium apud nos intra annum & diem debet eſſe confectum, ut ſocietatem rumpat. 111.
Iurare in litem privignis adverſus Novercam licet. 256.

L.

Legatum immoderatè Novercæ relictum, in gratiam liberorum poſterioris thori repudiari non poteſt. 176. & 177.
Legatum ſub conditione cohabitationis Novercæ relictum, non debetur, niſi cohabitet. 151. & 152.
Legitima ab onere uſufructus libera eſt. 215.
An Legitima parentum ſub Leg. Fœminæ C. de Sec. Nupt. *comprehendatur.* 232. & ſeqq.
Legitimam Noverca plenam retinet, licet filio minus legitimâ relictum ſit. 200. & 201.
Legitima filiorum in diviſione cum Novercâ inſtituendâ antea non deducitur. 193. & ſeqq.
Legitima quomodo pendente lite privignis debeatur. 122. & 123.

L. 73.

L. 73. §. 1. π Pro Soc. *ſenſus.* 21. & 22.

L. 4. π de Teſtib. *tam in criminalibus, quam civilibus obtinet.* 259.

L. 68. π ad Legm. Falcid. *in uſufructu præſcribitur.* 145.

L. 7. C. de Donation. *explicatur.* 27.

L. 3. §. 3. π de Jur. Fiſc. & L. 25. π de His quæ ut indign. *conciliatio.* 168.

L. 51. π de Donat. int. vir & uxor. *Moribus abrogata eſt.* 220.

L. hâc edictali. *Nepotibus quoque prodeſt.* 198. & 199.

L. hâc edictali. *non patrimonium ſed ſingula bona ſub diverſis territoriis ſita, tanquam totum patrimonium conſiderat.* 201. & 202.

L. hâc edictali. *in fructibus locum non habet.* 34. & ſeqq.

L. hâc edictali. *in dubio non præſumitur excluſa.* 45. & 46.

L. Fœminæ. C. de Sec. Nupt. *Luſitanorum, Saxonum & noſtris Moribus non obtinet.* 10.

L. Fœminæ C. de Sec. Nupt. *ex Edicto Ordinum poſtmodum apud nos confirmata eſt.* 11. 47.

L. Fœminæ *in patre quoque locum habet.* 228. & 229.

L. Fœminæ *locum non habet in iis, quæ ex teſtamento filii parens bigamus percipit.* 231. & 232.

Neque in iis, quæ ex Statuto deferuntur. 234. & 235.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Aut quæ aliunde filius acquiſivit & ad patrem devolvuntur. 230. & 231.

Quibus caſibus ceſſet l. Fœminæ. 239.

Liberorum appellatione in teſtamentis tam poſterioris, quam prioris thori liberi comprehenduntur. 156.

Liberi ſi nuptiis non contradicant, ex eo beneficium Leg^s^ hâc edictali *non amittunt.* 211.

Liberi prioris thori an ſoli habeant, ſi quid per Leg^m^ hâc edictali. *detrahitur.* 208. & 209.

Liberis ex ſecundo matrimonio naſcituris Noverca pactis dotalibus ſtipulari poteſt. 48. & ſeqq.

Liberi jure protopraxias non gaudent, quatenus in hæreditatis tranſactione aut redemptione ultra maternam hæreditatem, in fraudem quicquam promiſſum ſit. 81.

Liberis obſunt, quæ in judicio à Maſſariâ in causâ communi acta ſunt, niſi demonſtretur colluſio. 104. & 105.

Liberorum perſonæ quomodo in tacitâ ſocietate conſiderentur. 101. & 102.

Lucrum ex Leg. hâc edictali *acquiſitum in legitimam non imputatur.* 210.

Lucrum ex Statuto quæſitum L. hâc edictali. *non comprehendit.* 204.

M. *Maſſaria*

M.

MAſſariæ jus per ſecundas nuptias non amittitur. 123.
Maſſariæ jus ad hæredes non tranſmittitur. 125.
Maſſariæ jure Noverca privignos ab hæreditate removet. 119.& ſeqq.
Maſſariæ jus an bona omnia indiſtinctè complectatur. 128.
Maſſaria pro adminiſtratione cautionem non præſtat. 129.
A Privignis in jus vocata præſtat cautionem & qualem. 129. & 130.
Maſſariæ ſoli, non vero privignis rectè ſolvitur, quod hæreditati ab aliis debetur. 131.
Maſſaria alienare poteſt bona, etiam immobilia, ſi in perſolutionem veteris, aut debiti ſtante matrimonio contracti fiat diſtractio. 104.
Maſſaria ſi quid emerit, non fit commune, ſed ad pretii dimidium actio privignis competit. 133.
Maſſariæ jus an in matrimonio putativo aut in caſu divortii locum habeat. 128. & 129.
Matris binubæ conſenſus in nuptiis liberorum requiritur ex Ordinum Edicto. 66.
Mater ſtante matrimonio liberis ſuis prioris thori hæreditatem ſibi obvenientem, Vitrico inconſulto non poteſt cedere aut bona vendere. 60.
Matris Mercatricis confeſſio de debiti perſolutione ſibi a filio factâ ſola non ſufficit. 60.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Mater inconſulto Vitrico an filiam dotare poſſit. 68.
Mater binuba extra Provinciam pupillum aliorſum tranſportare per ſe non poteſt. 79.
Mater Tutrix abſque Vitrico nihil rectè agit.
Mater bigama plus liberis poſterioris, quam prioris thori recte relinquit. 170. & ſeqq.
Melioratio in bonis conjugum facta ſecundum tempus mortis æſtimari debet. 222. & 223.
Mortis tempus inſpicitur in probatione immoderatæ largitionis. 206. & 207.
Mulctæ pro delictis mariti debitæ, aut aliud ipſius æs alienum, ipſius portioni, non vero uxori imputantur. 224. & 225.

N.

Nepotes licet plures ſint, pro unâ tantum perſonâ in L. hâc Edictali. *conſiderantur.* 198. & 199.
Noverca uſufructuaria tenetur ſatiſdare. 216.
Noverca inventario nondum exhibito, non rectè à privignis debita hæreditaria exigit. 131.
Noverca in conductæ domus habitatione, adminiſtratione & ſimilibus præfertur privignis ſalvâ ipſorum actione. 132.
Noverca vel Vitricus rectè privignis donat vel legat. 163. & ſeqq.
Noverca tutrix aut curatrix privigni non poteſt conſtitui. 78.
Noverca an privignis in repetitione dotis præferri debeat. 142.
Noverca

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Noverca adverſus privignos ordinis aut excuſſionis exceptionem non habet, ſi propter mariti debita in jus trahatur. 139. & ſeqq.

Noverca ſine veniâ in jus vocari à privignis poteſt. 250. & ſeqq.

Noverca Privignum occidens ordinariâ L. Pompejæ pœnâ non plectitur. 280.

O.

Officium vendibile in diviſione omiſſum, non impedit ſocietatis diſtractionem, ſed ad pretium liberis actio competit. 113.

Operæ & labores privignorum quomodo æſtimari debeant. 225. & 226.

P.

PActa dotalia, quibus liberis prioris thori certa fuit aſſignata portio, mutari & revocari à patre poſſunt. 56.

Pacta dotalia, quibus poſterioris thori liberi, certâ datâ portione, ab hæreditate paternâ removentur, non ſubſiſtunt. 53. & ſeqq.

Præcipuum ex Statuto uxori debitum teſtamento maritus auferre non poteſt. 183.

Neque tantum ex bonis communibus, ſed etiam extra communionem poſitis detrahitur. 183.

Præcipuum filio ex Statuto debitum patris teſtamento auferri poteſt. 191.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Præcipuum Primogenito ſecundi thori non debetur. 188. & 189.

Primogenituræ jus non habet locum in iis, quæ ex tacitâ Societatis prorogatione communicantur. 102.

Præcipui verbum qualem interpretationem admittat & quid comprehendat. 192.

Privigni bona Vitrici pro ſummâ ipſis paternæ hæreditatis nomine promiſſâ excutere poſſunt, matre non excuſſâ. 83.

Privigni quomodo hæreditatem cum novercâ dividant, ſi tacitè continuatâ ſocietate pater moriatur. 90. & ſeqq.

Privigni ſi in rebus paternis laboraverint, rectè pro dimidio ſalarium petunt. 226.

Privigni ad hæreditatis poſſeſſionem invitâ novercâ ne quidem ſub cautione admitti poſſunt. 122.

Privigni apud Hollandos alioſque in poſſeſſionem bonorum ſecundum teſtamentum paternum & pactâ dotalia immittuntur. 124.

Privignus novercam occidens ordinariâ L. Pompejæ pœnâ non punitur. 276. & ſeqq.

Probatio immoderatæ donationis aut largitionis liberis incumbit. 205. & 206.

Prorogatio fori à marito in contractu facta viduale privilegium non ſubvertit. 134.

Protopraxiæ jus pro æris alieni liberatione in hæreditatis redemptione ſuppetit. 86. & 87.

Q. *Quan-*

Q.

QVantitas in tranſactione hæreditatis promiſſa, amiſſo inſtrumento teſtibus probari poteſt. 82.

R.

REnuntiatio in L. hâc Edictali. ſpecialis requiritur. 211.

Renuntiatione parentis L. hâc Edictali. non ceſſat. 208.

Reſtitutio adverſus tranſactionem ſeu hæreditatis redemptionem non facilè concedenda, ſi longi temporis lapſus concurrat. 144.

Retentio Novercæ in feudis & ſimilibus conceditur. 126.

Retentio pro dote etiam hæredibus competit. 126.

S.

SOcietas ex ſtatuto cum liberis tacitè continuatur. 87.

Societas non cenſetur poſt ſecundas nuptias tacitè continuata, ſi liberis damnoſa fuerit. 88. & ſeqq.

Societatis prorogatio etiam liberos majores comprehendit. 94. & 95.

Obtinet, licet liberi matrimonium contrahant, dotem percipiant & ſeorſim habitent. 95. & 96.

Inter Novercam & privignum locum non habet. 98.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Societatis continuationem liberi poſſunt eligere vel repudiare. 98.

Non tamen pro parte, aut ad certum tempus. 99.

Societatis prorogatio hæreditates aut donationes apud nos non complectitur, licet apud alios ſecus ſit. 100. & 101.

An extra territorium ſeſe extendat. 103.

An ceſſet, ſi legitimè impeditus fuerit ſuperſtes, quo minus Statuti ſolemnitates adimpleverit. 111.

Diviſione nulliter inſtitutâ an interrumpatur. 112. & 113.

Quomodo domicilii mutatione alteretur. 114. & 115.

Societatis continuatio non niſi expreſsâ Conſuetudine admittitur. 115. & 116.

Extra lineam rectam non tranſit, niſi ex ſpeciali ſtatuto. 116.

Apud plurimos invaluit, & præcipuè attendi debet, quid unuſquiſque populus hic receperit. 117.

Solutio debitorum ſtante ſecundo matrimonio facta ex lucratis fieri præſumitur. 225.

Spolii actio Novercæ competit contra privignos, ſi res hæreditatis occupaverint. 130.

Statuti ſolemnitate adhibitâ debitis ſeſe liberat Noverca ſuperſtes. 133.

Succeſſio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Succeſſio in bonis parentum quomodo diverſi thori liberis deferatur. 185.& ſeqq.
Sumptus funerum ex mariti hæreditate, non vero à Novercâ ſolvi debent. 135. & ſeqq.
Sumptus funerum quinam ſint traditur. 135.& 136.
Sumptus peregrinationis quomodo Novercæ à privignis rependantur. 28.
Sumptus ſtudiorum tacitæ ſocietati imputantur, non vero libri. 105.

T.

TEſtamentum Conjugum licet in unâ membranâ ſcriptum, ab alterutro pro ſuâ parte recte revocatur. 156.
Teſtari de bonis L. Fœminæ *ſubjectis non licet.* 237. & 238.
Teſtimonium privigni in causâ Novercæ, aut ex converſo non ſubſiſtit. 257. & 258.
Teſtimonium privignus dicere cogitur adverſus vitricum, Novercam &c. ſi aliter veritas haberi non poteſt. 259. & 260.
Tranſactio ſuper nece mariti, non minus cum Novercâ quam privignis facienda eſt. 261.& ſeqq.
Tutela privigni vitrico deferri poteſt. 69. & ſeqq.

V. *Veſtes*

V.

VEſtes funebres apud nos debentur viduæ. 136. & 137.
Vitricus privigni tutor eſſe invitus non cogitur. 73.
Vitricus aut Noverca cum Conjuge privignam dotans de ſuo non tenetur. 66. & 67.
Niſi ſe expreſſe pro dote privigni obligaverit. 67. & 68.
Vitrici conſenſus in nuptiis privigni non deſideratur. 65.
Vitricus ſuſcepto per contractum alimentandi onere tenetur ad intereſſe pro eo tempore, quo extra ejus ædes privigni alimenta perceperint. 86.
Vitrici bona Societatis porrogatio non complectitur. 99.
Vitricum pro fructibus bonorum paternorum, ad educandos privignos adſtringi, apud Gallos frequens eſt. 29.
Unio prolium pactis dotalibus introducta mutari non poteſt. 52.
Uſusfructus uxori relictus ad alimenta non eſt reſtringendus. 214. & 215.
Uſusfructus, etiam reciprocus per L. hâc Edictali. *reſcinditur.* 144. & ſeqq.
Uſusfructus novercæ reciprocè relictus, ſi inæqualis fuerit, non infirmatur, ſed ex ſtatuto noſtro ad æqualitatem redigitur. 150.

Uſu-

Uſufructu reciprocè conſtituto, maritus rem emens, in eâ liberos ſuos inhæredare non poteſt, ut ejus uſufructu Noverca cadat. 61.
Uſufructu bonorum ſuperſtiti legato ceſſat Societatis continuatio. 110.
An uxore in teſtamento vocatâ, etiam ſecunda uxor intelligatur. 153. & ſeqq.
Uxore exiſtente adulterâ, non niſi filialem portionem vitricus lucratur. 264. & 265.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]